[3] *Im Seelbuch bezeichnet* de horto, qui jacet inter basilicam sancte Aurelie et Cunegeshoven. *Vergl. Zeitschr. f. Gesch d. Oberrh. N. F. III, 194.*

[4] *Ausserdem in der Donaueschinger Handschrift fol 11 die Notiz:* item portarius tenetur ex officio suo census communitatis, remediorum et watschar ac annonam ad merot pertinentem per se vel per ministros suos colligere et inobedientes procurare excommunicari et usque ad terciam sententiam aggravari. et cum hoc fecerit et ostenderit, postea fratres ulterius requirere tenentur cum suis expensis.

36. *Pabst Gregor IX entscheidet einen Streit zwischen einem Pfarrer von Freiburg und dem Straßburger Domcapitel über ein Canonicat mit Pfründe zu Gunsten des letzteren. 1229 Mai 10 Perugia.*

. . Capitulo Argentinensi. cum inter J. plebanum de Viriburch ex parte una et vos ex altera super canonicatu et prebenda quondam magistri Alberti concanonici vestri, que idem plebanus in ecclesia vestra sibi vendicare volebat, questio suborta fuisset, tandem post diversas commissiones hiuciude ad judices diversos obtentas, eidem plebano ac dilecto filio B[ertoldo] decano vestro, propter hoc apud sedem apostolicam constitutis, dilectum filium R[ainaldum] sancti Eustachii diaconum cardinalem camerarium nostrum concessimus auditorem. qui cum post disceptationes multiplices dilecto filio Johanni Spate subdiacono et capellano nostro de nostro mandato causam hujusmodi commisisset, predictus decanus coram eodem capellano proposuit, quod, cum bone memorie C[onrado] Portuensi episcopo, dum in partibus Teutonie legationis officio fungeretur,[1] falso suggestum fuisset, quod prebenda et canonicatus, de quibus agitur, tanto tempore in ecclesia vestra vacaverant, quod ad sedem apostolicam ipsorum donatio erat secundum Lateranensis statuta concilii devoluta, licet nulla ibi prebenda vacaret, cum non sint ibi distincte prebende nec canonicorum numerus diffinitus, idem tamen episcopus dicto plebano canonicatum hujusmodi contulit et prebendam, qui plura obtinens beneficia, que curam habent animarum annexam, minus idoneus erat ad ea in vestra ecclesia obtinenda.[2] quare dictus decanus petebat memorato plebano super ipsis imponi silentium et ipsum tamquam falsarium canonica pena percelli pro eo, quod fuerat quibusdam litteris falsis usus, que sub nomine apostolice sedis extiterant fabricate. predictus vero plebanus eidem decano plures excommunicationes in modum exceptionis opponens, ut eum excluderet ab agendo, proposuit ex adverso, quod, cum olim prefato legato a vobis fuisset oblatum, ut in ecclesia vestra de una vel duabus prebendis ad suum libitum ordinaret, idem legatus prenominato plebano dictam prebendam et canonicatum, que tanto tempore ibi vacarant, quod ad sedem apostolicam earum erat devoluta donatio, contulit, . . abbate de Cella et ejus collegis sibi super hoc executoribus deputatis. a quibus fuit in eorum possessionem inductus et lata nichilominus excommunicationis sententia in rebelles. postmodum quoque . . prior de Salem et ejus conjudices super hiis a sede apostolica delegati predictam prebendam et canonicatum sententialiter adjudicarunt eidem et ad mandatum ipsorum prepositus vester, ad quem institutio pertinet, ipsum exinde investivit. unde sepefatus plebanus humiliter postulabat prenominato decano et suis complicibus, qui super hoc ei se temere opponebant, firmiter inhiberi, ne ipsum super possessione predictorum canonicatus et prebende ulterius molestarent, quin potius ipsum permitterent pacifica possessione gaudere. predictus vero capellanus, hiis et aliis, que coram eo fuere proposita, diligenter auditis et confessionibus allegationibus et rationibus utriusque partis plenius

---

1 *In der Zeit von 1224 Juni bis 1225 Mai.*

2 *Vergl. UB. I, 177 nr. 226.*

intellectis et nobis fideliter recitatis, de mandato nostro et fratrum nostrorum consilio, jamdictum decanum nomine ecclesie vestre ac ecclesiam ipsam sententialiter ab impetitione ipsius plebani prorsus absolvit, ei silentium super canonicatu et prebenda predictis imponens. nos igitur, quod per eundem capellanum super hoc est sententialiter diffinitum, ratum habentes auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. nulli ergo etc. nostre confirmationis infringere. si quis autem etc. datum Perusii 6 idus maji pontificatus nostri anno tertio.

V aus Reg. Vat. tom. 14 fol 113ᵇ.
Darnach Auvray Reg. Greg. IX nr. 297 Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 145.

37. Gregorius IX papa. . . Argentinensi episcopo. ex litteris illius accepit perlatam fuisse ad synodum suum questionem, quod quidam videlicet de judaice cecitatis errore ad Christianum lumen verum adductus, uxore sua in judaismo relicta, in judicio postulavisset, ut filius quadriennis sibi assignaretur ad fidem catholicam perducendus. hinc inde multis allegatis, predicto puero in potestate episcopi retento, papam consulere voluit, quid sibi faciendum esset. papa, cum filius in patris potestate consistat, cujus sequitur familiam et non matris, et in tali etate, qua non debeat apud illas remanere personas, de quibus possit esse suspicio, quod saluti vel vite insidientur illius, et pueri post triennium apud patrem non suspectum ali debeant et morari, respondet episcopo, patri puerum assignandum esse. «ex litteris tuis.» datum Perusii 17 kalendas junii pontificatus anno tertio. *1229 Mai 16 Perugia.*

V aus Reg. Vat. tom. 14 fol. 114.
Darnach Auvray Reg. Greg. IX nr. 298.

38. *Pabst Gregor IX gestattet dem Bischof von Straßburg, die Einkünfte des dem Domcapitel gehörigen Lehens in Männolsheim auf Lebenszeit zu behalten, und bestimmt, daß sie nach seinem Tode wieder zum gemeinen Nutzen des Capitels verwandt werden. 1229 August 20 Perugia.*

Gregorius episcopus servus servorum dei venerabili fratri episcopo Argentinensi salutem et apostolicam benedictionem. fraternitatis tue devotio sincera meretur, ut te favore sedis apostolice prosequentes petitionibus tuis, quantum cum deo possumus, annuamus. cum itaque, sicut exhibita nobis tua petitio continebat, quosdam redditus in Meynoltzheym, quorum donatio est ad Argentinensis ecclesie prepositum devoluta, olim in minori officio constitutus juxta consuetudinem Argentinensis ecclesie in feudum habueris et nunc idem prepositus et capitulum ejusdem ecclesie ipsos tibi quoad vixeris duxerint concedendos, nos tuis supplicationibus inclinati, quod per eos super hoc provide actum est, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus statuentes, ut post decessum tuum iidem redditus in communem usum canonicorum, si de dictorum prepositi et capituli

Digitized by Google

voluntate processerit, perpetuo convertantur. nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. datum Perusii 13 kalendas septembris pontificatus nostri anno tertio.

B aus Straßb. Bez.-A. G 3463 *Collat. Abschrift von einer Hand des 17ten Jahrh. im Papier-Copialbuch des Domcapitels nr. 312.*

Gedruckt bei Grandidier Oucores ined. III, 319 nr. 315 (ex libro salico summi capituli Argent. fol. 44).

39. B[ertholdus] decanus, F[ridericus] cantor, H[einricus] dictus de Obsenstein coriepiscopus, R[ucherus] dictus de Grifenstein canonicus, W[ernerus] plebanus et canonicus sancti Stephani Argentinensis ordinationem H. abbatis monasterii de Ebersheim, qui ad suarum precum instantiam forestum Erpurc a vulgo appellatum, quod olim Ůlrico bone memorie de Schonowe custodiendum commiserat, Dietherico fratri suo sub eadem forma commendavit, appensione sigillorum suorum confirmant. «sane quidem magna. acta sunt hec anno dominice incarnationis 1229. *1229.*

B aus Straßb. Bez.-A. H fasc. 201 *or. mb. c. 1 sig. pend. laeso, 4 delapsis.*

40. *Drei Beschlüsse des Straßburger Domcapitels über die Feier von Kirchenfesten und Pfründenverwaltung.* [*1224—1230.*]

Notum sit omnibus, quod de communi consensu Reinhardi prepositi, Berhtoldi decani, Friderici cantoris, Ůlrici scolastici tociusque capituli, petente hoc domino Ludewico de Huneburc, qui tunc erat dominus beneficii in Kolbosheim,[a] firmiter institutum est in perpetuum, ut preter servicium, quod de eodem beneficio de Kolbotsheim, sicut in regula continetur,[1] fratribus dabatur et dabitur, et preter talentum, quod singulis annis de eodem ad watschar dabatur et dabitur, domiuus Lůdewicus, quam diu vixerit, quolibet anno 20 solidos moncte tunc in civitate currentis proxima die ante festum Margarete portario de codem beneficio representet. fratres vero festum Margarete cum 9 lectionibus et hystoria «diffusa est gratia» et vespera et missa sollempni et secunda vespera, sicut in festis 9 lectionum de virginibus fieri solet, celebrabunt. quod tamen ad peticionem predicti Lůdewici statutum nemo dubitet, cum prius id in choro isto fieri non consueverit.[2] portarius siquidem de predictis

Juli 15

a) *Hinter dem* s *später ein zweites* s *eingeflickt.*

[1] *Vergl. den Eintrag unterm 15ten Juni im Seelbuch. S. Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. N. F. III, 101.*

[2] *Unter dem 10ten Mai ist die Stiftung Ludwigs von Hünenburg im Seelbuch eingetragen:* eodem die obiit Ludewicus de Huneburc canonicus, qui instituit servitium dari in festo Margareto de feodo in Kolbotsheim, quod ipse tunc habebat, in refectorio omnibus chori cloricis et scolaribus ita, ut fratres in ejus anniversario cum cruce et processione visitent ejus sepulchrum. dedit etiam proventus unius anni de eodem feodo in usus fratrum et 50 quartalia annone legavit fratribus. *Vergl. Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. N. F. III, 97.*

20 solidis cuilibet chori clerico in matutinis presenti 1 denarium ministrabit, reliquos vero inter fratres et clericos prebendatos in civitate presentes et 3 elemosinarios dividet, retenta tamen sibi dupplici prebenda eorundem denariorum, et quicquid per obulos dividi non poterit, quorum vice 4 denarios ad majus et infra, ut per denarios integros dividantur, si necesse fuerit, ipse supplebit, quod etiam sui juris est in aliis denariis per eum dividendis. post obitum vero domini Lůdewici[b] quicunque successor ejus vel aliorum post eum in eodem beneficio fuerit, loco illorum 20 solidorum in eodem festo mane in prandio in refectorio fratribus et prebendatis et chori clericis et scolaribus cum duobus ferculis sive carnium sive piscium et pane et vino secundum consuetudinem refectorii singulis anuis servire tenebitur.

Eodem[c] etiam tempore et capitulo institutum est communi consilio, quod festum Heinrici imperatoris sicut festa 9 lectionum celebretur. mensurnarius tamen eo die *Juli 15* sicut in die pro festo prebendam fratribus ministrabit, quia prepositus secundum antiquam consuetudinem et justiciam de Slezestat plenum servicium tenetur ministrare.[1]

Statutum etiam est in communi capitulo, quod cuicunque quilibet fratrum in obitu suo vel prius, si non mutet, prebendam suam legaverit, reditus prebende ipsius per annum post mortem fratris percipiat. que legatio si probari oporteat, per duos sive fratres sive alios viros honestos laicos vel clericos sive per servos suos honestos si alias moriatur probetur. si vero nemini legaverit, si obligatus est debitis, que alias non solvantur, de reditibus ejus prebende per annum solvantur et si opus est, servis suis etiam ex parte satisfiat. quod si neutro opus est nec in debitis nec in servis, cum eisdem reditibus scilicet prebende per annum a portario vel a fratribus ematur prediolum ecclesie, cujus proventus dividantur fratribus in ejus anniversario, quia tunc nomen ejus inscribendum est regule et memoria ejus annualim commemoranda.

M aus Melker Seelbuch fol. 54. Die beiden ersten Einträge von der gleichen Hand, der dritte, letzte Eintrag von andrer Hand mit dunklerer Tinte geschrieben. Beide Hände gehören der ersten Hälfte des 13ten Jahrhunderts an. Die Capitelsbeschlüsse werden der gleichen Zeit angehören wie das Seelbuch und das Güter- und Zinsverzeichniß, auch weisen die im Eingang genannten Würdenträger des Capitels, wie der 1230 zuletzt urkundlich erscheinende Ludwig von Hünenburg auf die Jahre 1224—1230.

41. Otto sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis, apostolice sedis legatus, O[ttoni] scolastico et H[einrico] decano sancti Thome Argentinensis mandat, quatenus conventionem inter episcopum et capitulum Wormacienses ex una parte et priorem et fratres predicatores ex altera super quibusdam areis factam ab utraque

a) *Am Rande von späterer Hand hinzugefügt:* de Huneburc. b) *In M Zwischenraum von einer Zeile.*

[1] *Vergl. den Eintrag unter dem angegebenen Datum im Seelbuch. S. Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. N. F. III, 102.*

parte firmiter obscrvari faciant. «cum inter vcnerabilem.» datum Ratispone II kalendas aprilis. [*1231*][1] *März 22 Regensburg.*

Aus Winkelmann Acta imperii inedita I, 498 nr. 621 nach Würdtwein's Monast. Wormat. Mss. der Heidelb. Univ. Bibl. 359. Darnach Boos Urk. B. d. St. Worms I, 113 nr. 153a.

42. . . Scolasticus . . portcnarius majoris ccclesie et . . decanus sancti Thome Argentinensia . . preposito canonicis et clericis Thuricensibus ex mandato Gregorii IX pape inscrto [Laterani 2 idus maji pontificatus anno quinto] mandant, quatinus pape proviaionem circa fratres predicatores Turicensea[2] servare studeant; alioquin, cum super predictorum fratrum pace et quiete procuranda multiplicem domini O[ttonis] legati premiserint ammonicionem, precipue cum et ipse dominus papa sibi et eis super hoc duxerit specialiter scribendum, si precepti invenerint transgressores, inobedienciam per censuram ecclesiasticam non obmittent debita animadversione punire. «mandatum domini pape». datum Argentine 4 nonas julii. [*1231*] *Juli 4 Straßburg.*

1231 Mai 14

Aus UB. d. Stadt u. Landschaft Zürich I, 345 nr. 468 nach spätern Abschriften.

43. Gregorius IX papa . . episcopo Argentinensi mandat, quatenus . . priorisse ac sororibus monasterii sancti Mathei Argentinensis ordinis sancti Augustini cantandi divina concedat sine juris prejudicio liberam facultatem. «dilectarum in Christo.» datum Anagnie 2 idus octobris anno sexto. *1232 October 14 Anagni.*

V aus Reg. Vat. tom. 16 fol. 44c.

44. Ůlr[icus] archidiaconus Argentinensis, ut ordinacio de causa inter cenobium Novillarense et Ottonem plebanum de Buhswilre sui archidiaconatus orta auper quibusdam oblacionibus in ecclesia Ůtewilre perceptis et percipiendis facta rata permaneat et observetur, cedulam memorialem super hoc confectam sigilli sui munimine roborat. «universitati vestre tenore.» actum anno gracie 1233 mense junio. *1233 Juni.*

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 5444 *or. mb. c. sig. pend. laeso.*

45. Berchtoldus Argentinensis episcopus de consensu R[einhardi] prepositi, B[erchtholdi] decani, Ůl[rici] cantoris totiusque capituli Argentinensis ordinat, quod in ecclesia de Menoltesheim semper sit plebanus sacerdos residens, qui secum tencatur

---

[1] *In dem gleichen Jahre 1231 Juli 26 Freiburg erscheint in einer Urkunde der Familie von Oltingen für das Domcapitel von Lausanne unter den Zeugen:* magister H. canonicus Argentinensis. *S. Fontes rerum Bernensium II, 117 nr. 108.*

[2] *Die Niederlassung der Dominikaner in Zürich, die im Jahr 1229 erfolgte, soll auf Straßburger Anregung zurückgehen.*

habere socium sacerdotem. ad cujus provisionem assiguat totam dotem ecclesie ville de Meinoltesheim et decimam in Gnorsheim et in Furchhusen. «universitati vestre.» acta suut hec anno domini 1233. *1233.*

M aus Melker Seelbuch fol. 54v von nahezu gleichzeitiger Hand eingetragen.

Gedruckt bei Grandidier Oeuvr. inéd. III, 329 nr. 336 (ex libro salico summi capituli Argentin. fol. 41 et ex libro regula ejusdem capituli fol. 54). *Vergl. UB. I, 186 Anm. 2.*

46. Ulricus cantor, Henricus magister de Lutiubach canonici majoris ecclesie Argentine, judices a sede apostolica delegati, patere volunt, quod constitutis in sua presentia domino M. preposito in Selbold ex una et fratre Rudolffo, procuratore generali totius Almanie sancti spiritus, pro se et suis fratribus in Steffisfelt ex parte altera causa, que inter eosdem super hospitali et capella sancti spiritus in Geilnhusen vertebatur, diffinita sit. acta sunt hec presentibus domino portario de Erinberg, domino Henrico plebano de Hattinne, domiuo Joanne Spina, Henrico de Argentina, Gotfrido sacerdote et Gotfrido cognato suo, Gerhardo plebano de Ozenhurst, Bertoldo sacerdote de Wormatia, Wernero de Kurvabell, Henrico de Geilnhusen et Bertoldo Hunroculo de Geilnhusen, Hugoue cive Argentinensi, magistro Wortwino scolastico Pragwensi et aliis quam pluribus, anno domini 1234, 13 kalendas septembris. carta sigillis judicum et magistri Rudolffi de Steffesfeldt roboratur. *1234 August 20.*

Aus Hessisches UB. 2 Abth. I, 140 nr. 182 nach einer Abschrift im Selbolder Kopialbuche zu Birstein.

47. *Pabst Gregor IX trägt dem Bischof von Straßburg und den Straßburger Dominikanern Heinrich und Volcnand auf, daß sie Bruno von Offenburg, der seine Ketzerei bereuend in den Schoß der Kirche zurückkehrte, gegen seine Bedränger schützen. 1234 October 17 Perugia.*

. . Episcopo, Henrico et Volcnando fratribus ordinis predicatorum[1] Argentinensibus. accedens ad apostolicam sedem Bruno de Offenburch laicus Argentinensis diocesis nobis exposuit, quod ipse coram vobis, filii fratres predicatores, quibus contra hereticos inquisitionis negotium dicimur commisisse,[2] super crimine hereesis accusatus et in publico de hujusmodi pravitate confessus ad unitatem ecclesie rediit et penitentiam a vobis super crimine prefato recepit, propter quod ipsum signo crucis assumpto in terre sancte subsidium profecturum coram non modica multitudine virum esse catholicum nuntiastis. ceterum cum pro eo, quod sic ad fidem catholicam est reversus, ab . . abbate de Gegenbach, Wolfhelino de Agnovia sculteto et quibusdam aliis clericis et laicis malivolis suis Argentinensis et Constantiensis diocesum non

[1] *In einer Kreuzzugsbulle des Pabstes Honorius III von 1227 Januar 11 erscheint u. A. als Adressat* frater Johannes Argentinensis ordinis predicatorum. *Vergl. Rodenberg Epist. pont. Rom. I, 253 nr. 334.*

[2] *Vergl. UB. I, 179 nr. 230.*

Digitized by Google

solum sit bonis suis fere omnibus spoliatus, sed et quidam potentes eum gravi odio persequantur et sibi graves inferant molestias et jacturas, ipsum ad nostram presentiam cum vestris litteris destinastis, ut super hoc ei providere misericorditer dignaremur. quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, dictos detentores bonorum suorum, qui eum ipsis eo, quod ad unitatem catholicam reversus extitit, spoliarunt, quod ei bona ipsa restituant ac ipsi de dampnis et injuriis irrogatis satisfaciant, ut tenentur, et ab ipsius super premissis indebita molestatione desistant, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota, sicut justum fuerit, compellatis proviso, ne in universitatem de Agnovia excommunicationis vel interdicti sententiam proferatis, nisi super hoc a nobis mandatum receperitis speciale. quod si non omnes, tu frater episcope cum eorum altero etc. datum Perusii 16 kalendas novembris pontificatus nostri anno octavo.

V aus Reg. Vat. tom. 17 fol. 215.

48. *In einem Lehensregister des Klosters Schwarzach*: hec sunt feoda militum, que possident ab ecclesia de Swarezach . . . . Stehellinus miles de Argentina habet in feodo 4 uncias et decimas de uno aratro in Qwaczenheim, Johannes Rufus in foro equorum habet in feodo minorem decimam in Franckenheim. [*1215—1235.*]

K aus Karlsruher Gen.-Land.-A. Copialbuch nr. 733 p. 80 Abschrift von einer Hand des 15ten Jahrh. Die Zeitbestimmung ergibt sich daraus, daß unter den Lehensträgern auch der scultetus Wolffelinus de Hagenowe *erscheint. (Schulte.)*

Gedruckt darnach bei Groß Diplom. Gesch. d. Abtei Schwarzach II, 26 nr. 29.

49. *In einer Vergleichsurkunde der Abtei Neuweiler mit dem Stift von Haslach, den Zehnten in Truchtersheim betreffend, welche u. A. besiegelt* Ülricus cantor Argentinensis: acta sunt hec anno domini 1236 in vigilia nativitatis beate Marie virginis, in palatio domini episcopi, presentibus Alberto custode Novillarensi, Henrico kamerario domini nostri episcopi, magistro Gervalco rectore scolarum sancti Thome Argentinensis, Alberto milite, qui dicitur Scholle aliisque quam pluribus. *1236 September 7 Straßburg in der bischöflichen Pfalz.*

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 5237 *or. mb. c. 1 sig. pend. (Jacobi abbatis Novillarensis) et 4 delapsis.*

50. *Bischof Berthold von Straßburg bestätigt eine Güterschenkung der verwittweten Frau Lugardis und ihrer Töchter für das Straßburger St. Agneskloster. 1237 August 17.*

Bertholdus dei gracia episcopus Argentinensis omnibus presentem paginam inspecturis rei geste noticiam cum salute. cum omnis etas prona sit in malum, expedit maliciis hominum prudenter occurrere et pravas machinationes eorum circumspecta providencia devitare. hac siquidem considcratione permote dilecte in Christo

filie moniales sancte Agnetis Argentinensis ad presentiam nostram accesserunt humiliter petentes, ut donationem possessionum, quam eis fecerat Lugardis vidua cum filiabus suis, que in eodem cenobio elegerunt domino famulari, dignaremur auctoritate litterarum nostrarum confirmare. nos igitur, quamvis omnibus nobis subjectis in justiciis suis simus debitores, specialius tamen hiis sumus astricti, que seculo renunciantes sub regulari disciplina se divinis obsequiis manciparunt. quare ipsarum precibus inclinati atque peticionem earum benigno favore prosequentes possessiones a predicta *Lugardi* et filiabus suis monasterio beate Agnetis collatas, quibus filius suus Fridericus renunciavit, sicut in instrumento nostrorum civium continetur, presentis pagine munimine roboramus ipsi cenobio in perpetuum servituras. cum prefata *Lugardis* in presentia nostra et aliorum bonestorum bujusmodi donationem fuerit confessione propria publice protestata et idem cenobium possessionem rerum donatarum per septenuium tenuerit inconcusse,[1] igitur, ne talis donatio a quoquam inposterum possit perversa cavillatione perturbari, hanc paginam impressione sigilli nostri duximus roborare. actum anno domini 1237, 16 kalendas septembris, biis presentibus Walthero et Bernhelmo fratribus predicatoribus, Wolfhelmo decano sancti Thome, Cûnrado custode Honaugenai, Eberhardo canonico sancti Petri, Petro notario nostro, Hugone de Mittelhus et Erbone de Bilolvesheim militibus, Cûnone filio Erbonis, Friderico filio Cûnonis, Gotzone filio Nicolai, Johanne Vitulo, Heinrico de Ache, Johanne de Sarburc, Hessone notario civibus nostris et aliis quam pluribus. in quibus autem locis possessiones donate site sint, ad cautelam hic fecimus annotari: fundus, in quo monasterium sancte Agnetis collocatum est cum pomerio et suis attinenciis, bona in Scbilticheim, in Adelhartshoven agri prata et curie et pecora, in Argeutina curia, que dicitur des Hellegrozes, medietas molendini in inferiori parte sancti Stephani, zû Kezzenstege curia, in Lingolvesheim quarta pars mansi et omnia, que tunc temporis possedit, cum utensilibus domus aue. Gertrudis quoque relicta Erbonis aream, que dicitur des Doiben, prelibato cenobio eodem tempore contulit coram nobis et prescriptis presentibus perpetuo possidendam.

B aus Straßb. Bez.-A. H fasc. 3117 *or. mb. c. sig. pend. Auf der Rückseite Vermerk von wenig späterer Hand:* vûr Lûgart Klenegedengin.

51. *Pabst Gregor IX trägt dem Bischof von Straßburg und den Aebten von Pairis und Tennenbach auf, zu erwägen und zu entscheiden, ob nicht das Kloster St. Stephan, dessen Reform bisher nicht zu erreichen gewesen, an die Straßburger Dominikaner abgetreten und seine Einkünfte an die fünf neugegründeten Straßburger Frauenklöster verteilt werden können. 1237 December 19 Rom im Lateran.*

. . Episcopo Argentinensi . . de Parisiis et . . de Tennebach abbatibus Basiliensis et Constantiensis diocesum. significante dudum te, frater episcope, nos noveritis accepisse, quod cum olim intellecto, quod monasterium sancti Stephani Argentinense

[1] *Vergl. UB. I, 213 Anm. 1. Der Bau des St. Agnesklosters ist demnach noch weiter zurück zu verlegen, wohl um das Jahr 1230.*

propter malitiam sororum ordinis sancti Augustini degentium in eodem esset in spiritualibus et temporalibus graviter deformatum, tibi frater episcope et dilecto filio . . priori fratrum predicatorum ac Hermanno canonico Argentinensibus direxerimus scripta nostra,[1] ut illud in suo, si possetis, alioquin in Cisterciensium vel sancti Augustini scilicet secundum[a] sororum monasterii sancti Sixti de Urbe studeretis ordinibus reformare, sororibus ejus, si que nollent alterum ordinum ipsorum assumere, in locis competentibus collocatis, vos ad reformandum illud in ordine suo jam per quadriennium sollicite noscimini laborasse, sed nullatenus profecistis; immo sorores predicte omnes preter sex ab eodem monasterio, quia eas, tu frater episcope, volebas includere, recesserunt. unde nobis fuit humiliter supplicatum, ut, cum fratres predicatores loco ipso egere noscantur, eo quod domum eorum destrui oportet propter fossata civitatis Argentinensis, que per medium ecclesie ac officiuarum ipsorum fratrum dirigenda videntur,[2] concedi eis prefatum monasterium et redditus ejus inter quinque alia cenobia, que de novo constructa sunt juxta muros civitatis ipsius, in quibus fere usque ad trecentas sorores domino famulantur, licet vix centum ex proventibus eorum sustentari valeant, distribui recompensatione facta ecclesie Argentinensi pro juribus sibi ab eodem monasterio debitis faceremus. quia vero nobis non constitit de premissis, discretioni vestre, de qua gerimus in domino fiduciam pleniorem, per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, super hiis auctoritate nostra, quod secundum deum expedire videritis, statuatis, predictis sororibus in aliis locis ordini suo competentibus collocatis, contradictores etc. quod si non omnes tu frater etc. datum Laterani 14 kalendas januarii pontificatus nostri anno undecimo.

V aus Reg. Vat. tom. 18 fol. 341v.
Darnach Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 189.

52. *Domprobst Arnold entscheidet einen Streit zwischen der Gemeinde Hundsfeld und dem Kloster St. Arbogast über den Besitz einer Wiese zu Gunsten des letztern. 1241 Juli 10 Straßburg.*

Arnoldus prepositus Argentinensis, loco domini episcopi presidens judiciis, notum facimus omnibus presens scriptum inspecturis, quod, cum coram nobis questio et lis verteretur inter Rudolfum preconem et procuratorem universitatis Huuesvelt ex una parte et prepositum et conventum sancti Arbogasti ex altera super eo, quod idem procurator pro rusticis predictis dicebat et asserebat, per prepositum et conventum dicti monasterii ipsos fuisse spoliatos cujusdam prati possessione in banno dicte ville

a) *Zu ergänzen etwa* modum.

[1] *S. UB I, 177 nr. 227.*

[2] *Hier scheint eine sichre Datirung für die dritte Stadterweiterung gegeben, welche die Gegend rechts der Breusch umfasste, vergl. Silbermann, Localgeschichte d. Stadt Straßburg S. 62 ff. Specklin setzt in seinen Collectaneen diese Befestigung der Stadt in das Jahr 1228, vergl. Bulletin d l. Société p. l. conserv. d. monum. histor. d'Alsace XIII, 246.*

Digitized by Google

siti, similiter dicens, ipsum pratum almeindam esse, unde petebat nomine prefate nniversitatis sibi fieri restitucionem, dictus N.[1] prepositus pro se et conventu suo contradiccbat dicens, verum non esse de aliqua spoliacione nec quod pratum almenda fuerit, sed res proprie dicti monasterii, et per expensas et labores ejusdem monasterii de silvestri loco ad pratum factum et perductum fuisse per annos 40 et plures transactos, possessum vero custoditum et secatum et fenum ad domum prefati monasterii adductum per annos 40 et amplius. cum autem super predictis multi testes ab utraque parte fuissent producti jurati et scripti et allegaciones ab utraque parte scripte et nobis porrecte, et postquam in causa fuit conclusum ab utraque parte, et ipsis partibus a nobis die assignata ad diffiuitivam sentenciam profcrendam medio tempore tam super actis quam allegacionibus, deliberacione et consilio prudentum virorum habito, secundum deliberacionem et consilium ipsorum pro monasterio memorato sentenciam diffinitivam pronunciamus, memoratum prepositum et couventum sancti Arbogasti ab impeticione predicti procuratoris et universitatis ville Huniszvelt penitus absolventes et perpetuum silencium ipsis imponcntes, quia inventum fuit et probatum pro sepedicto[a] monasterio de possessione 40 annorum et eciam de constructione prati per testes religiosi ordinis, quibus major fides fuit adhibenda, quam ipsis rusticis quasi in proprio negocio testificantibus, maximc cum et ipsi rustici in suo testimonio vacillarent et plures eorum predicto monasterio in quibusdam testificarentur. in hujus rei memoriam presens scriptum sigillo nostro fecimus communiri. acta sunt hec publice in curia nostra Argentine. anno incarnacionis domini 1241, feria quarta ante festum sancte Margarete, presentibus hiis testibus Ülrico de Erstheim, Conrado plebano in Ouwenheim, magistro Nicolao, magistro Alberto, magistro Heinrico rectore puerorum majoris ecclesie et aliis quam pluribus.

B aus Straßb. Bez.-A. G 1704 *fol. 281v—282v Copialbuch von St. Arbogast in der Schrift des 16ten Jahrh.*

53. Bertoldus Argentinensis episcopus totumque capitulum ejusdem loci compositionem permutatione quadam factam inter C[onradum] canonicum archidiaconum dictum de Wolva, rectorem ecclesie de Offenburc, et abbatem conventumque Gengenbacenses, quos ille super decimis novalium infra terminos parrochie sue sitorum traxerat in causam coram jndicibus a sede apostolica delegatis, videlicet decano et cantore sancti Thome et cellerario sancti Petri Argentinensis, ratam habent et sigillis suis roborant. «cum facile labantur.» acta sunt hec anno domini 1242, 3 nonas aprilis, presentibus testibus decano de Zunswilre, camerario de Gengenbach, domino Brunone plebano de Vilingen, Bertoldo Episcopaliscelle canonico, magistro Rüdegero,

a) *B* sedicto.

1 *Walfrid war in jener Zeit Probst von St. Arbogast.*

Alberto clerico dicto de Friburc, Waltero laico de Gengenbach et aliis quam pluribus. *1242 April 3.*

K aus Karlsruher Gen.-Land.-A. Gengenbach Conv. 125 *or. mb. c. 5 sig. pend. partim delaps. Erhalten die Siegel des Bischofs und des Domcapitels. (Schulte.)*
Darnach gedruckt im Freiburger Diöc. Arch. XIX, 303 mit dem irrtümlichen Datum 1245.

54. Albertus comes de Habspurk, canonicus Argentinensis et Basiliensis,[1] omni actioni, que sibi contra monasterium Murense, quantum ad parrochialem ecclesiam de Mure, ad presens vel in futurum posset competere, omnino renunciat, monasterii jus in ecclesia predicta recognoscens. ut renunciatio nullo umquam ingenio valeat irritari, instrumentum de mandato et consensu judicum suorum . . scolastici et . . cellerarii ecclesie sancti Petri Argentinensis est confectum. «quia labilis est.» actum Basilee anno domini 1243, in natali sancti Stephani. *1242 December 26 Basel.*

Aus UB. d. Stadt u. Landschaft Zürich II, 74 nr. 570 nach dem Or. i. St.-A. Aargau Ladewig Reg. episc. Const. I nr. 1562. — Vergl. UB. I, 216 Anm. 2.

55. Bertholdus Argentinensis episcopus omnes proprietates, quas Hartmannus senior comes de Kyburc ecclesie Argentinensi contulerat,[2] ei et Hartmanno fratrueli suo in feodum concedit. «quoniam que geruntur.» acta sunt hec in Herbotesheim, presentibus hiis testibus A[rnoldo] preposito, H[einrico] custode et Reinardo de Teuge canonicis Argentinensibus, Wal[tero] marscalko, Wil[helmo] vicedomino Argentinensi etc. anno domini 1244, 7 kalendas maji. *1244 April 25 Herbolzheim.*

Aus UB. d. Stadt u. Landschaft Zürich II, 107 nr. 600 nach Or. i. Hofarchiv Turin.

56. Innocentius IV papa Henrico de Vistingen, canonico Argentinensi, venerabilis fratris episcopi Spirensis nepoti indulget, ut beneficium unum preter obtenta retineat. «etsi propter ambitiones.» datum Lugduni idibus maji anno secundo. *1245 Mai 15 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 187v.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 1271.

57. Innocentius IV papa Conrado de Wolva archidiacono Argentinensi indulget, ut unicum adhuc beneficium retineat. «etsi propter ambitiones.» datum Lugduni idibus septembris anno tertio. *1245 September 13 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 239v.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 1529.

---

[1] *Derselbe erscheint noch einmal mit seinem Bruder Rudolf, dem Landgrafen im Elsaß, in einer Urkunde von 1253 März 14 Seckingen für Kloster Kappel. S. UB. d. Stadt u. Landschaft Zürich II, 315 nr. 856.*

[2] *Vergl. UB. I, 218 nr. 287.*

58. Innocentius IV papa . . preposito ecclesie Argentinensis concedit, ut cum Bertoldo canonico Argentinensi, nato . . comitis de Wilperc, humiliter supplicanti dispeuset, ut preter beneficia ecclesiastica curam animarum habentia, que nunc obtiuet, alia beneficia vel personatus aut dignitates, etiamsi similem curam babeant, libere retinere valeat.[1] «dignum est ut.» datum Lugduni 5 idus octobris anno tertio. *1245 October 11 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 247v.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 1597.

59. *Pabst Innocenz IV gibt dem Straßburger Canonicus Rudolf Dispens, seine Pfründen zu vermehren. 1245 October 17 Lyon.*

Radulfo[a] canouico Argentinensi. nobis et eccleaie per grata devotionia obsequia se cupientes placitos reddere, ut in hujus firmitate propositi sinceriori animo perseverent, condignis volumus, ut debemus, gratie premiia refovere. sane fide dignorum relatione comperimus, quod, cum existas de nobilibus oriundus, tua una cum eisdem sinceritas bonori et negotiis ecclesie obsequiosam ae gestit et utilem exhibere. bac itaque cousideratione ducti et precipue quoque dilecti filii . . abbatis Augensis monasterii[2] ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, cujus asseris esse germanus, cbtentu, ipsius in hac parte honorando personam, tibi, qui scientia et aliis dinosceris adjuvari meritis honestatis, facientes gratiam specialem, ut preter beneficia, que obtines, etiamsi curam habeant animarum, aliud beneficium vel personatum aut ecclesiasticam dignitatem seu etiam prelaturam cum simili cura, si tibi canonice offeratur, licite recipere et cum prioribus libere retinere valeas, non obstante constitutione concilii generalis, tecum auctoritate presentium dispenaamus proviso, quod eadem beneficia debitis obsequiis etc. usque uegligatur. nulli ergo etc. nostre dispensationis etc. siquis autem etc. datum Lugduni 16 kalendas novembris anno tertio.

V aus Reg. Vat. om. 21 fol. 245v.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 1576. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 255.

60. Innocentius IV papa . . episcopo Basiliensi mandat pro Eberardo archidiacono Argentinensi, fratre . . comitis de Sulze, de quo laudabile testimonium perhibetur, quatinus cum eo dispenset, si est uobilis et litterata persona, ut alia bene-

a) *In der Randvorschrift.* Rodulfo.

[1] Innocentius IV papa eidem concedit, ut cum Hermanno subdiacono pape, nato . . comitis de Wilperc, humiliter supplicanti super eodem dispeuset. datum Lugduni 6 nonas octobris anno tertio. *1245 October 2 Lyon. Aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 247v. Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 1598.*

[2] *Konrad von Zimmern, Abt von Reichenau.*

ficia, etiamsi curam habeant animarum annexam, dummodo ipsorum proventus centum marcarum argenti annuatim valentiam non excedant, licite recipere et cum archidiaconatu Argentineusi et aliis jam obtentis retinere libere valeat.[1] «apostolice sedis benignitas.» datum Lugduni 15 kalendas novembris anno tertio. *1245 October 18 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 243c.
Darnach Rodenberg Epist. pont. Rom. II, nr. 143. Berger Reg. Inn. IV nr. 1570. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 256.

61. Innocentius IV papa . . episcopo Basiliensi mandat, quatinus cum Alberto canonico Argentinensi, de quo laudabile testimonium perhibetur, si est nobilis et litterata persona, dispenset, ut alia beneficia, etiamsi curam habeant animarum annexam, dummodo ipsorum proventus sexaginta marcarum argenti annuatim valentiam non excedant, licite recipere et cum aliis jam obtentis retinere libere valeat. «apostolice sedis benignitas.» datum Lugduni 12 kalendas novembris anno tertio. *1245 October 21 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 247v.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 1596. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 259.

62. Innocentius IV papa Eberardo canonico ecclesie sancti Petri Argentinensis, cum quo Portuensis episcopus tunc sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, in Alamannie partibus apostolice sedis legatus, dispensavit, ut preter prebendam ecclesie sue et unicum beneficium curam habens animarum aliud beneficium seu personatum, etiamsi cura similis ei immineret, licite recipere et cum obtentis libere retiuere valeret, concessionem confirmat. «justis petentium desideriis.» datum Lugduni 9 kalendas novembris anno tertio. *1245 October 24 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 248.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 1599.

63. Innocentius IV papa . . episcopo Basiliensi mandat, quatinus cum W[altero] scolastico ecclesie sancti Thome Argentinensis, de quo laudabile testimonium perhibetur, dispenset, si est litterata persona, ut alia beneficia seu unicum personatum, etiamsi curam habeant animarum annexam, dummodo eorundem beneficiorum vel personatus proventus quadraginta marcarum argenti annuatim valentiam non excedant, licite recipere et cum scolatria ipsius ecclesie ac aliis jam obtentis retinere libere

[1] Innocentius IV papa . . episcopo Basiliensi mandat, quatinus dispenset super eodem cum Bertoldo de Tiersberc canonico Argentinensi, nepote comitis de Sulze. «apostolice sedis benignitas.» datum ut in proxima. *1245 October 18 Lyon. Aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 244. Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 1571 und Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 257.*

valeat. «apostolice sedis benignitas.» datum Lugduni 8 kalendas novembris anno tertio. *1245 October 25 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 247v.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 1595. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 261.

64. *Pabst Innocenz IV beauftragt den Bischof von Basel, dem Straßburger Scholasticus Konrad eine Probstei zu verschaffen. 1245 October 31 Lyon.*

. . Episcopo Basiliensi. hiis, qui per grata devotionis obsequia gratie sancte sedis apostolice se coaptant, cam libenter impendimus et favorem eis benivolum impertimur. cum igitur dilectus filius C[onradus] scolasticus Argentinensis se nobis obsequiosum exhibuerit et devotum, nos volentes ei facere gratiam specialem mandamus, quatenus ipsi scolastico, quem sue probitatis merito carum habemus plurimum et acceptum, in civitate Argentinensi vel Basiliensi seu in ipsarum dioceesibus preposituram sue nobilitati congruentem, si vacat ad presens vel quam cito ad id obtulerit se facultas, auctoritate nostra conferas et assignes, non obstantibus indulgentia privilegio vel statuto, quibus possit hujusmodi gratia impediri, aut si de mandato nostro ibidem in similibus alicui sit provisum vel quod dignitatem predictam seu alia beneficia obtinet, etiamsi curam habeat animarum. contradictores etc. datum Lugduni 2 kalendas novembris anno tertio.

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 261.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 1695. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 263.

65. Innocentius IV papa Corado canonico sancti Thome Argentinensis indulget C[onradi] scolastici Argentinensis supplicationibus inclinatus, ut preter unicum beneficium curam obtinens animarum, quod ad presens asserit se habere, alia beneficia, etiamsi curam similem habeant, dummodo ipsorum proventus quinquaginta marcarum argenti valentiam annis singulis non excedant, libere retinere valeat.» apostolice sedis benignitas.» datum Lugduni 7 idus novembris anno tertio. *1245 November 7 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 248v.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 1604.

66. Innocentius IV papa . . episcopo Basiliensi mandat, quatinus cum Conrado dicto Gaie, rectore ecclesie Petri Argentinensis dispenset, si ei morum honestas et scientia litterarum suffragantur, ut alia beneficia, etiamsi curam habeant animarum annexam, dummodo ipsorum proventus quinquaginta marcarum argenti annuatim valentiam non excedant, licite recipere ac cum obtentis libere retinere valeat. «apostolice sedis benignitas.» datum Lugduni idibus novembris anno tertio. *1245 November 13 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 249v.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 1609. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 265.

67. *Pabst Innocenz IV beauftragt den Bischof von Basel, dem Canonicus Gottfrid vom Straßburger St. Petersstift Dispens für Pfründenerwerb zu gewähren. 1246 Februar 9 Lyon.*

. . Episcopo Basiliensi. apostolice sedis benignitas consueta sic merita personarum etc. usque discernit, ut eos, qui litterarum scientia et morum nobilitate precellunt etc. usque honorare. hinc est quod pro dilecto filio Godefrido, canonico ecclesie sancti Petri Argentinensis, mandamus, quatenus cum eo, si sibi morum honestas et litterarum scientia suffragantur, ut alia beneficia, etiamsi curam habeant animarum annexam, dummodo ipsorum proventus quadraginta marcarum argenti annuatim valentiam non excedant, si sibi canonice offerantur, licite recipere ac cum obtentis libere retinere valeat, constitutione generalis concilii non obstante, auctoritate nostra dispenses, proviso ut beneficia ipsa debitis etc. usque negligatur. datum Lugduni 5 idus februarii anno tertio.

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 262ᵉ.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 1712. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 270.

68. *Pabst Innocenz IV gestattet seinem Kaplan dem Straßburger Probst, daß gewisse ihm zur Verleihung zustehende Pfründen der Straßburger Diöcese nicht durch päbstliche Briefe übertragen werden können, wenn sie diese Pfründen nicht ausdrücklich bezeichnen. 1246 Februar 10 Lyon.*

. . Preposito Argentinensi capellano nostro. licet quibusdam duxerimus concedendum, ut in diocesi Argentinensi aliquibus clericis suis et aliis personis possint in ecclesiasticis beneficiis providere, quia tamen, sicut te referente didicimus, quorundam beneficiorum collatio in eadem diocesi ad te spectat, nos nolentes tibi per concessiones hujusmodi super ipsis beneficiis derogari, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut beneficia, quorum collatio in ipsa diocesi ad te dinoscitur pertinere, conferri non possint per litteras super hoc a sede apostolica impetratas seu etiam in posterum impetrandas, nisi de ipsis beneficiis in eisdem litteris expressa mentio habeatur. nulli ergo etc. nostre concessionis etc. siquis etc. datum Lugduni 4 idus februarii anno tertio.

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 263ᵉ.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 1719.

69. Innocentius IV papa . . electo Argentinensi mandat, quatenus cum Johanne canonico sancti Thome Argentinensis, pro quo ex parte universitatis civium Argentinensium humiliter supplicatum fuit, super pluribus ecclesiasticis beneficiis cum hiis, que obtinet, retinendis, etiamsi curam habeant animarum, usque ad summam octuaginta marcarum argenti dispenset. «ex parte universitatis.» datum Lugduni 13 kalendas aprilis anno tertio. *1246 Maerz 20 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 268ᵉ.
Darnach Rodenberg Epist. pont. Rom. II, 116 nr. 154. Berger Reg. Inn. IV nr. 1766.

70. Innocentius IV papa . . preposito Argentinensi capellano suo mandat, quatinus cum B[ertoldo] dicto de Bussenanch, nepote . . abbatis sancti Galli, canonico Curiensi super pluralitate beneficiorum dispenset. «apostolice sedis benignitas.« datum Lugduni 2 nonas aprilis anno tertio. *1246 April 4 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 270v.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 1782. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 272.

71. Innocentius IV papa . . episcopo et capitulo Constantiensibus mandat, quatinus R[einhardum] canonicum Argentinensem,[1] non obstante certo in ecclesia sua canonicorum numero nec valentibus aliis privilegiis apostolicis, in concanonicum recipiant; alioquin . . de Holenberc et . . de sancto Homerino prepositis et . . scolastico ecclesie Lutenbacensis Basiliensis diocesis injungit, ut mandatum exequantur. «apostolice sedis benignitas.« datum Lugduni 6 kalendas julii anno tertio. *1246 Juni 26 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 296.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 1948. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 277.

72. Innocentius IV papa . . abbati et conventui monasterii sancti Blasii ordinis sancti Benedicti Constantiensis diocesis mandat consideratione G[ebehardi] canonici Argentinensis,[2] qui nepos est bone memorie C[onradi] Portuensis episcopi, quatinus Conrado canonico ecclesie de Haselahe, qui nullum nec in ipsa ecclesia nec alibi beneficium assecutus sit, de beneficio provideant conferendo; alioquin . . decano ecclesie Columbariensis et . . scolastico ecclesie Lutembatensis Basiliensis diocesis injungit, ut illos compellant per censuram ecclesiasticam. «cum sicut dilectus.» datum Lugduni 3 kalendas augusti anno quarto. *1246 Juli 30 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom 21 fol. 318.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2060. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 282.

73. *Pabst Innocenz IV trägt dem Abt von Neuburg, dem Dekan des Straßburger Domcapitels und dem Probst von St. Peter zu Straßburg auf, gegen den Pfarrer von Blienschweiler, den sie absetzen sollten, nicht vorzugehen. 1246 October 15 Lyon.*

. . Abbati monasterii Castri[a] Cisterciensis ordinis Argentinensis[b] diocesis, decano majoris ecclesie et preposito sancti Petri Argentinensibus. cum, sicut dilectus filius B. plebanus ecclesie de Blienswike[c] Argentinensis diocesis nobis exposuit,

a) *Wohl zu ergänzen* novi? b) *V* Argendinensis. c) k *oder* lr?

1 *Reinhard von Thengen.*
2 *Gebhard von Freiburg.*

dudum ad instantiam dilecti filii Ditheri canonici Spirensis vobis dederimus litteris nostris in mandatis, ut dicto B., qui defectum pati natalium dicebatur, ab ecclesia eadem amoto ipsam prefato canonico conferretis,[d] nos venerabilis fratris nostri . . episcopi et dilectorum filiorum . . magistri et consulum Argentinensium precibus inclinati mandamus, quatinus, si est ita, contra prefatum plebanum, cum quo venerabilis frater noster . . Portuensis episcopus, tunc sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis, in partibus illis apostolice sedis legatus, super defectu predicto, ut dicitur, dispensavit, auctoritate litterarum ipsarum nullatenus procedatis et, si forte contra eum in aliquo processistis, processum vestrum protinus revocetis, predicto Dithero de aliquo beneficio competenti, etiamsi curam habeat animarum annexam, auctoritate nostra in civitate vel diocesi Argentinensi, quam cito se facultas obtulerit, providentes. contradictores etc. quodsi non omnes etc. datum Lugduni idibus octobris anno quarto.

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 349c.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2300.

74. Innocentius IV papa . . episcopo Argentinensi concedit, ut cum Berwardo canonico ecclesie sancti Petri Argentinensis, clerico Bertholdi de Tiersberc canonici Argentinensis, fratris nobilis viri . . domini de Geroltesseke dispensare valeat, quod preter beneficia, que obtinet, quorum unum curam habet, sicut asserit, animarum annexam, adhuc unicum aliud beneficium, etiamsi similem curam habeat, libere retinere possit. »ut probitas.» datum Lugduni 3 kalendas novembris anno quarto. *1246 October 30 Lyon.*

V aus Reg Vat. tom. 21 fol. 338.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2201.

75. Innocentius IV papa Frederico canonico ecclesie sancti Petri Argentinensis, consanguineo . . episcopi Argentinensis, cum auctoritate Gregorii pape predecessoris super defectu natalium, quem patitur de soluto et soluta genitus, dispensatum fuerit, ut ad sacros ordines promoveri posset et ecclesiasticum beneficium obtinere, atque postmodum duo receperit beneficia, concedit, ut predicta retinere ac aliud adhuc beneficium seu personatum vel ecclesiasticam dignitatem retinere libere valeat. «ad faciendam tibi.» datum Lugduni 6 idus novembris anno quarto. *1246 November 8 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 341.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2233.

a) retis *auf Rasur.*

76. Innocentius IV papa Johanni canonico et cellerario ecclesie sancti Petri Argentinensis concedit, ut alia beneficia, etiamsi curam habeant animarum annexam, dummodo ipsorum proventus triginta marcarum argenti annuatim valentiam non excedant, licite recipere ac retinere valeat. «cum sicut te.» datum Lugduni 17 kalendas decembris anno quarto. *1246 November 15 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 345.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2258.

77. Innocentius IV papa . . episcopo Argentinensi concedit, ut cum Frederico clerico, de avunculo suo subdiacono et soluto genito, dispensare valeat, ut, bujusmodi defectu et constitutione generalis concilii nequaquam obstantibus, ecclesiam in Bischovesham, curam animarum habentem, una cum prebenda et scolastria ecclesie Su[r]burgensis Argentinensis diocesis, cujus pater ejus est canonicus et prepositus,[1] ac prebenda sancti Thome Argentinensis retinere et aliud adhuc beneficium, etiamsi similem curam habeat, recipere licite ac una cum obtentis libere valeat retinere. «tuam volentes honorare.» datum Lugduni 15 kalendas decembris anno quarto. *1246 November 17 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 346v.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2273.

78. Innocentius IV papa . . preposito Argentinensi capellano suo indulget, ut preter beneficia, que obtinet, curam habentia animarum annexam, alia beneficia seu personatus vel dignitates, etiamsi curam similem habeant, licite recipere, dummodo ipsorum proventus exceptis obtentis centum marcarum argenti annuatim valentiam non excedant, et cum obtentis eisdem retinere libere valeat. «apostolice sedis benignitas.» datum Lugduni 11 kalendas decembris anno quarto. *1246 November 21 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 347.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2276.

79. Innocentius IV papa . . preposito et . . decano et capitulo sancti Deodati Tullensis diocesis, inclinatus precibus Gebehardi capellani sui canonici Argentinensis,[1] mandat, quatinus Henricum rectorem ecclesie de Ausolvisbem ipsius capellani de-

---

[1] *Friedrich von Hagenau, der im Jahre 1250 auch als Probst des Straßburger Domcapitels erscheint, 1251 im Februar noch urkundet und in einer Urkunde von 1251 März 28 von seinem Nachfolger, dem Probst Anselm von Surburg als verstorben bezeichnet wird.*

[1] *Gebhard von Freiburg.* Ejusdem precibus inclinatus Innocentius IV papa cum Burcardo plebano de Nusplingen Constantiensis diocesis super pluralitate beneficiorum dispensat. datum Lugduni 10 kalendas decembris anno quarto. *1246 November 22 Lyon. Aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 347. Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2275. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 295.*

votum in canonicum recipiant. «dilecti filii Gebehardi.» datum Lugduni 11 kalendas decembris anno quarto. *1246 November 21 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 363v.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2415. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 294.

80. Innocentius IV papa . . decano et capitulo Columbariensis ecclesie Basiliensis diocesis mandat, quatinus Ulricum rectorem ecclesie de Turinchein Basiliensis diocesis, in quo nobiles viros . . de Ferreto et . . de Parva petra, comitum Romane ecclesie devotorum vult honorare personas, in fratrem et canonicum admittant; alioquin . . thesaurario ecclesie sancti Petri Argentinensis injungit, ut mandatum apostolicum exequatur «affectionis paterne studium.» datum Lugduni 5 kalendas decembris anno quarto. *1246 November 27 Lyon.*

V aus Reg. Vat tom. 21 fol. 348v.
Darnach Berger Reg Inn IV nr. 2291. Rodenberg Epist. pont. Rom. II, 194 nr. 261. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 296.

81. *Pabst Innocenz IV gewährt dem Bischof von Straßburg, daß er dem Pfarrer von Blienschweiler für den Besitz seiner Pfründen Dispens erteilen dürfe. 1246 December 2 Lyon.*

. . Episcopo Argentinensi. precibus dilectorum filiorum . . magistri et consulum Argentinensium inclinati presentium tibi auctoritate concedimus, ut cum dilecto filio B. plebano ecclesie de Blienswike tue diocesis,[1] quod ecclesiam ipsam et alia beneficia, que nunc obtinet, possit licite ac libere retinere, non obstantibus constitutione generalis concilii et quod defectum natalium patitur, sicut fertur, super quo secum per venerabilem fratrem nostrum . . Portuensem episcopum, tunc sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconum cardinalem, in partibus illis apostolice sedis legatum, ut asseritur, existit dispensatum,[a] valeas dispensare proviso, quod ecclesia et beneficia ipsa debitis etc. usque negligatur. datum Lugduni 4 nonas decembris anno quarto.

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 349v.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2301.

82. H[einricus] prepositus sancti Petri, Ůlricus sancti Stephani plebanus et S. custos sancti Andree Argentinenses, a C[onrado] Hildensheimensi episcopo, judice et conservatore ordinis beate Marie Magdalene a sede apostolica delegato subdele-

a) dispensatum *übergeschrieben.*

[1] *Vergl. nr. 73.*

gati, universos ecclesiarum rectores ceterosque fideles exhortantur, quatenus pauperum sororum ordinis supradicti de domo in Cronendal Argentinensis dyocesis nuntios elemosinas recepturos efficaciter promovere curent. «quanti sit meriti». datum anno domini 1247, 3 kalendas januarii. *1246 December 30.*

B aus Straßb. Bez.-A. H fasc. 2972 *vidim. mb. c. 2. sig. pend. delapsis ausgestellt von* Fr[idericus] prepositus et Fr[idericus] scolasticus ecclesie sancti Thome Argentinensis *1288 Mai 17.*

83. *Pabst Innocenz IV trägt dem Bischof von Straßburg auf, dem Canonicus Reinbold vom St. Thomasstift zu Straßburg für seine Pfründen Dispens zu erteilen. 1247 Januar 28 Lyon.*

. . Episcopo Argentinensi. ad faciendam dilecto filio Reinboldo, canonico sancti Thome Argentinensis, gratiam specialem tue civiumque tuorum preces etc. ut supra usque inducunt.[1] quocirca mandamus, quatinus cum ipso super obtentis et obtinendis pluribus beneficiis vel personatibus aut dignitatibus, etiamsi curam animarum habeant, constitutione generalis concilii non obstante, auctoritate nostra dispenses usque ad summam, de qua videris expedire, proviso ut eadem beneficia debitia etc. usque negligatur. datum Lugduni 5 kalendas februarii anno quarto.

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 359c.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2376.

84. *Pabst Innocenz IV trägt dem Abt und Convent des Klosters Gengenbach auf, dem Straßburger Cleriker Walther eine ihrer Kirchen zu verleihen, widrigenfalls der Schatzmeister und Scholasticus von St. Peter zu Straßburg und der Dekan von Haslach für die Ausführung dieses Mandats Sorge tragen werden. 1247 Januar 28 Lyon.*

. . Abbati et conventui monasterii in Gengenbach ordinis sancti Benedicti, Argentinensis diocesis. dignum est bene agentibus pro meritis responderi, ut ipsi ad virtutum studia fortius animentur et eorum exemplo excitentur alii gratia premiorum. hinc est quod pro dilecto filio Waltero, clerico Argentinensi, de quo dilecti filii . magister et consules ac cives Argentinenses laudabile nobis testimonium per suas litteras prebuerunt, universitati vestre mandamus, quatinus eidem de aliqua ecclesiarum ad vestram donationem spectantium, que clericis consuevit secularibus assignari, non obstante, si pro aliis vobis direximus scripta nostra, quibus nolumus auctoritate presentium prejudicium generari, aut aliqua sedia apostolice indulgentia, per quam ipsius provisio differri vel impediri valeat, quam cito se facultas obtulerit, providere curetis; alioquin dilectis filiis . . thesaurario et . . scolastico sancti Petri

[1] *Vergl. nr. 85.*

Argentinensis et . . decano ecclesie Haselanensis Argentinensis diocesis litteris nostris injungimus, ut ipsi mandatum super hoc apostolicum exequantur. contradictores etc. datum Lugduni 5 kalendas februarii anno quarto.

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 360.
Darnach Berger Reg. Inn IV nr. 2382.

85. *Pabst Innocenz IV fordert die Aebtissin und den Convent der Abtei Erstein auf, dem Canonicus Reinbold vom St. Thomasstift zu Straßburg eine ihrer Pfründen zu geben, und beauftragt den Schatzmeister von St. Peter zu Straßburg mit der Ausführung dieses Mandats. 1247 Januar 31 Lyon.*

. . Abbatisse et conventui de Eschen ordinis sancti Benedicti, Argentinensis diocesis. ad faciendam dilecto filio Reinboldo, canonico ecclesie sancti Thome Argentinensis, gratiam specialem venerabilia fratris nostri . . episcopi et dilectorum filiorum civium Argentinensium preces ac ipsius canonici merita, auper quibus ei testimonium perhibetur laudabile, nos inducunt. rogamus itaque universitatem vestram attente et monemus firmiter precipiendo mandantes, quatinus eidem pro apostolice sedis et nostra reverentia provideatis liberaliter in ecclesiastico beneficio competenti, quod ad collationem vestram pertineat et consueverit clericis secularibus assignari, non obstante, quod idem alias beneficiatus existit, vel si direximus vobis pro aliis scripta nostra, quibus nolumus auctoritate presentium prejudicium generari, vel indulgentia, si qua vobis, quod compelli ad alicujus provisionem per litteras apostolicas non possitis, a sede apostolica ait concessa vel qualiter alia ab eadem sede obtenta, per quam hujusmodi gratia retardari valeat vel etiam impediri; alioquin nolentes, ut ad nos verbum nostrum vacuum revertatur, dilecto filio . . thesaurario sancti Petri Argentinensis damus nostris litteris in mandatis, ut ipse super hiis mandatum apostolicum exequatur. contradictores etc. datum Lugduni 2 kalendas februarii anno quarto.

V aus Reg. Vat. m. 21 fol. 359v.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2375.

86. *Pabst Innocenz IV trägt auf Bitten von Meister und Rath der Stadt Straßburg dem Bischof von Straßburg auf, dafür zu sorgen, daß Friedrich, der Sohn des Straßburger Ritters Burchard Spender, in das St. Thomasstift daselbst als Canonicus aufgenommen werde und eine Pfründe erhalte. 1247 Februar 13 Lyon.*

. . Episcopo Argentinensi. dilectorum filiorum . . magistri et consulum Argentinensium precibus inclinati mandamus, quatinus dilectum filium Fridericum clericum, natum Buccardi militis Argentinensis dicti Dispensatoris, auper cujus provisione idem magister et consules nobis humiliter supplicarunt, in ecclesia sancti Thome Argentinensi auctoritate nostra recipi facias in canonicum et in fratrem eique conferri prebendam, si qua ibidem vacat ad presens vel quam primum ad id ohtulerit se facultas,

non obstante certo canonicorum numero juramento vel alia firmitate vallato aut si in eadem ecclesia direximus scripta nostra pro aliis, quibus per presentes litteras nolumus prejudicium generari, seu aliqua sedis apostolice indulgentia, per quam possit hujusmodi gratia impediri. contradictores etc. datum Lugduni idibus februarii anno quarto.

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 365.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2434.

87. *Pabst Innocenz IV erlaubt dem Bischof von Straßburg, vier seiner Cleriker mit Pfründen in vier Kirchen der Stadt oder Diöcese Straßburg zu versorgen. 1247 Februar 19 Lyon.*

. . Episcopo Argentinensi. exigentibus tue devotionis meritis, votis tuis libenter annuimus et petitiones tuas, quantum cum deo possumus, favorabiliter exaudimus. tuis itaque supplicationibus benignum impertientes assensum presentium tibi auctoritate concedimus, ut quatuor de clericis tuis in quatuor ecclesiis tue civitatis vel diocesis in ecclesiastico beneficio singulis in singulis auctoritate nostra provideas vel facias provideri, non obstante, si alias beneficiati existunt vel in ecclesiis, in quibus eis providendum duxeris, direximus pro aliis scripta nostra, quibus nolumus auctoritate presentium prejudicium generari, vel qualibet indulgentia ab apostolica sede obtenta,[a] per quam hujusmodi gratia impediri possit seu etiam retardari. contradictores etc. datum Lugduni 11 kalendas martii anno quarto.

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 366v.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2445.

88. *Pabst Innocenz IV gestattet dem Bischof von Straßburg, seinem Caplan Hugo für Pfründenerwerb Dispens zu gewähren. 1247 Februar 20 Lyon.*

. . Episcopo Argentinensi. tuam volentes bonorare[b] personam et per bonorem tibi exhibitum alii providere, dispensandi cum dilecto filio Hugone, capellano tuo, pro quo nobis fuit ex parte tua humiliter supplicatum, ut preter beneficia, que obtinet, curam habentia animarum aliud adhuc beneficium, etiamsi similem curam habeat, recipere licite, si ei canonice offeratur, ac una cum obtentis retinere libere valeat, plenam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem, proviso ut eadem beneficia debitis etc. usque negligatur. datum Lugduni 10 kalendas martii anno quarto.

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 366v.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2446.

a) *V* obtenta *auf Rasur.* b) *V* honorantes, nes *getilgt durch Punkte,* re *übergeschrieben.*

89. *Pabst Innocenz IV gestattet dem Bischof von Straßburg, dem Straßburger Domcanonicus Friedrich von Stahleck Dispens für Pfründenerwerb zu gewähren. 1247 Februar 27 Lyon.*

. . Episcopo Argentinensi. apostolice sedis benignitas consueta merita personarum provida deliberatione discernens illas, quas morum convenustat honestas et titulus nobilitatis exornat, gratia favoris amplioris attollit et majoribus studet beneficiis honorare. cum igitur dilectum filium Fr[idericum] de Scaleke canonicum Argentinensem de generositate natalium ac morum decentia duxeris per tuas litteras commendandum, apud nos intervenicndo pro ipso, nos contemplatione tui volentes sibi gratiam facere specialem, fraternitati tue presentium tenore committimus, ut cum eo, quod preter beneficia, que obtinet, personatus et dignitates ac alia beneficia ecclesiastica, etiamsi curam habeant animarum, et ei canonice offerantur, possit recipere et cum eisdem licite retinere, constitutione generalis concilii non obstante, auctoritate nostra dispenses usque ad summam, de qua consideratis persone sue meritis secundum deum videris expedire, ita tamen, quod in uno personaliter et in aliis per idoneos faciat vicarios deserviri, non obstante contraria ipsarum ecclesiarum[a] consuetudine vel statuto. datum Lugduui 3 kalendas martii anno quarto.[1]

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 369v.
Darnach Berger Reg. Inn IV nr. 2478.

90. *Pabst Innocenz IV fordert den Dekan und das Capitel des St. Petersstiftes zu Straßburg auf, Hugo, den Caplan des Bischofs von Straßburg, als Canonicus aufzunehmen und mit einer Pfründe zu versorgen. 1247 März 5 Lyon.*

. . Decano et capitulo sancti Petri Argentinensis. meruit apud nos venerabilis frater noster . . Argentinensis episcopus sincere devotionis studio, ut, quam digne possumus, sibi et suis gratiam faciamus. cum itaque dilectus filius Hugo presbiter capellanus ejusdem episcopi, sicut accepimus, honeste conversationis et vite juvetur meritis, ut benigni favoris apud nos repperisse gratuletur effectum, universitatem vestram rogandam duximus attente et monendam mandantes, quatinus eundem presbyterum[b] pro apostolice sedis ac nostra reverentia in fratrem et canonicum admittatis et de prebenda, quam cito se facultas obtulerit, liberaliter provideatis eidem, non obstante certo canonicorum numero juramento seu quacunque firmitate vallato, et quod idem alias beneficiatus existit, vel si vobis pro aliis scripta nostra direximus, quibus auctoritate presentium nolumus prejudicium generari, aut aliqua indulgentia, de qua speciale in litteris nostris oporteat fieri mentionem,

a) *V add.* ipsarum *durchstrichen.* b) presbyterum *auf Rasur.*

[1] *Unter demselben Datum, unmittelbar anschließend gestattet Pabst Innocenz IV dem Bischof von Straßburg für Friedrich von Stahleck,* ut eidem in civitate vel diocesi in personatu aliquo vel dignitate, etiamsi cura sit eis animarum annexa, providere valeat. *Darnach Berger Reg Inn. IV nr. 2479.*

mandatum nostrum taliter impleturi, ut ex hoc vestra sinceritas habeatur digna laudibus et favore; alioquin venerabili fratri nostro . . episcopo Argentinensi per litteras nostras injungimus, ut super hoc mandatum apostolicum exequatur. contradictores etc. datum Lugdnni 3 nonas martii anno quarto.

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 367.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2452.

91. Innocentius IV papa . . episcopo Argentinensi concedit, ut Sifrido clerico suo, latori presentium, providere valeat in aliqua ecclesiarum civitatis vel diocesis sue in prebendali seu alio ecclesiastico beneficio, non obstante defectu natalium, quem patitur de subdiacono genitus et soluta. «exigentibus tue devotionis.» datum Lugduni nonis martii anno quarto. *1247 März 7 Lyon.*

V aus Reg Vat. tom. 21 fol. 368.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2461.

92. Innocentius IV papa . . abbati et conventui in Valie sancti Gregorii ordinis sancti Benedicti Basiliensis diocesis mandat, quatinus Hartungo clerico, pro quo Hugo capellanus . . Argentinensis episcopi supplicaverit, in ecclesiastico beneficio providere curent. «volentes dilectum filium.» datum Lugduni 7 idus martii anno quarto. *1247 März 9 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 367.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2451. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 312.

93. Innocentius IV papa . . episcopo Argentinensi concedit, ut Alexandro et Richiwino[1] clericis, sororis sue natis, in Maguntina et Treverensi provinciis in dignitatibus seu aliis beneficiis ecclesiasticis providere valeat. «exigentibus tue devotionis.» datum Lugduni 7 idus martii anno quarto. *1247 März 9 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 367.
Darnach Berger Reg Inn. IV nr. 2453. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 313

94. Innocentius IV papa abbatibus, abbatissis, decanis et aliis ecclesiarum prelatis et conventibus ac capitulis ecclesiarum tam regularium quam secularium civitatis et diocesis Argentinensis indulget ad preces . . episcopi Argentinensis, ut ad receptionem vel provisionem alicujus vel aliquorum compelli per litteras apostolicas

[1] Innocentius IV papa capitulo sancti Castoris in Confluentia mandat, quatinus Richwinum clericum, natum sororis . episcopi Argentinensis, in canonicum recipientes ei prebendam conferant. datum Lugduni 8 idus martii anno quarto. *1247 März 8 Lyon. Aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 367. Darnach Berger Reg Inn. IV nr. 2454.*

impetratas vel etiam impetrandas minime valeant, nisi forte idem episcopus super hujusmodi provisionibus executor a papa fuerit deputatus. «precibus venerabilis fratris.» datum Lugduni 7 idus martii anno quarto. *1247 März 9 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 368.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2462.

95. Innocentius IV papa . . abbati et conventui in Scuttera ordinis sancti Benedicti Argentinensis diocesis, nobilis viri C[onradi] comitis de Friburc supplicationibus inclinatus mandat, quatinus Peregrino canonico sancti Thome Argentinensis, devoto comitis, in aliquo ecclesiastico beneficio competenti ad collationem suam spectante, quod clericis secularibus assignari consuevit, providere curent; alioquin . . episcopo Argentinensi injungit, ut mandatum apostolicum exequatur. «dilecti filii nobilis.» datum Lugduni 7 idus martii anno quarto. *1247 März 9 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 370c.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2491. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 314.

96. Innocentius IV papa . . episcopo Argentinensi indulget, quod cum Hugone capellano suo, prout expedire viderit, dispensare valeat, quod preter beneficia, que obtinet, curam animarum habentia, possit alia cum cura vel sine cura libere retinere. «decet benignitatem ecclesie.» datum Lugduni 8 kalendas aprilis anno quarto. *1247 März 25 Lyon.*

V aus Reg. Vat tom. 21 fol. 371c.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2502.

97. Innocentius IV papa . . decano et capitulo ecclesie sancti Thome Argentinensis mandat, quatinus Peregrino concanonico suo . . episcopi Argentinensis procuratori, qui petitione monstraverit, quod, cum . . archiepiscopus Maguntinus illis dedisset litteris suis in mandatis, ut recipientes ipsum in canonicum et in fratrem ei prebendam conferrent, licet ipsum demum recepissent, antea tamen post presentationem litterarum ejusdem archiepiscopi quamplures alios tam auctoritate apostolica quam propria recepissent, donec prebendam in eadem ecclesia fuerit assecutus, de communibus proventibus, quantum una prebenda valet, provideant liberaliter annuatim; alioquin . . episcopo Argentinensi injungit, ut mandatum apostolicum exequatur. «sua nobis dilectus.» datum Lugduni 6 kalendas aprilis. *1247 März 27 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 371.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2494.

98. *Pabst Innocenz IV beauftragt den Bischof von Straßburg, seinem Caplan dem Straßburger Canonicus Heinrich von Geroldseck für Pfründenerwerb Dispens zu gewähren. 1247 März 29 Lyon.*

. . Episcopo Argentinensi. cupientes proni ad gratiam inveniri libenter ipsam illis impendimus, qui eam tanquam sibi debitam propriis student sibi meritis vendicare. cum igitur dilectus filius Henr[icus] de Gerollesecke, canonicus Argentinensis, capellanus tuus, dilecti filii . . Spirensis electi nepos, in ecclesie negotiis se promptum exhibeat et devotum multumque in prosequendis eisdem negotiis laborarit, nos ad tuam et ipsius electi supplicationem mandamus, quatinus cum eodem canonico super obtentis et obtinendis pluribus beneficiis seu personatibus vel dignitatibus, etiamsi curam habeant animarum, non obstante constitutione generalis concilii, et etiam super eo, quod idem plura beneficia curam animarum habentia contra eandem constitutionem sine apostolica dispensatione detinuit, auctoritate nostra dispenses, prout videris expedire, proviso ut eadem beneficia debitis etc. usque negligatur. datum Lugduni 4 kalendas aprilis anno quarto.

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 371
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2495.

99. *Pabst Innocenz IV trägt dem Bischof von Straßburg auf, seinem Caplan dem Straßburger Canonicus Heinrich von Geroldseck eine entsprechende Würde oder Pfründe in irgend einer Kirche der Mainzer Erzdiöcese zu verschaffen. 1247 März 31 Lyon.*

Eidem.[1] quia bonori ecclesie intendimus et augmento, illos precipue prosequi debemus gratia speciali, per quos et decus augeatur ipsius et utilitas procuretur. cum igitur, [sicut] ex parte tua et dilecti filii . . electi Spirensis fuit propositum coram nobis, dilectus filius Heur[icus] de Gerotesecke, canonicus Argentinensis, capellanus tuus, prefati electi nepos, in ecclesie negotiis se promptum exhibeat et devotum multumque in prosequendis eisdem negotiis laborarit, mandamus, quatinus eidem in aliqua ecclesiarum provincie Maguntine in dignitate seu personatu vel alio ecclesiastico beneficio, quod eum deceat, auctoritate nostra providere procures, non obstante si in ecclesia, in qua ei providendum duxeris, direximus pro aliis scripta nostra, quibus nolumus auctoritate presentium prejudicium generari, vel statuto de certo canonicorum numero juramento aut confirmatione sedis apostolice vel quacumque firmitate alia roborato, vel quod idem alias beneficiatus existit, vel si alias scripsimus pro eodem, seu qualibet indulgentia ab apostolica sede obtenta, per quam hujusmodi gratia valeat impediri vel etiam retardari. contradictores etc. datum Lugduni 2 kalendas aprilis anno quarto.

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 371.
Darnach Berger Reg Inn. IV nr. 2496. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 318.

[1] *Derselbe Adressat wie in nr. 98.*

100. Innocentius IV papa . . episcopo et . . scolastico Argentinensibus mandat, quatinus, cum Rodulfus quondam plebanus de Friburch Constantiensis diocesis auctoritate . . Maguntini archiepiscopi loci metropolitani exigentibus culpis suis amotus fueritque postmodum Gebehardus, capellanus pape, frater . . comitis de Vriburch, institutus, capellanum in corporalem possessionem ecclesie de Vriburch inducant. «cum sicut accepimus.» datum Lugduni 6 idus aprilis anno quarto. *1247 April 8 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 372v.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2512. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 319. Fürstenberg. UB. VII, 406 nr. 248.

101. *Pabst Innocenz IV beauftragt den Bischof von Straßburg, Stephan dem Bruder Heinrichs von Geroldseck eine entsprechende Pfründe zu verschaffen. 1247 April 13 Lyon.*

. . Episcopo Argentinensi.[1] ecclesiarum utilitatibus non deperit sed accrescit, cum persone iu eis illis utiles admittuntur. mandamus, quatinus Stephano clerico, fratri dilecti filii H[enrici] de Geroldisecke capellani tui, provideas vel provideri facias in aliqua ecclesiarum tue civitatis vel diocesis in prebendali vel alio ecclesiastico beneficio competenti, etiamsi curam habeat animarum, non obstante si in ecclesia, in qua ei providendum duxeris, direximus pro aliis scripta nostra, quibus nolumus etc. usque generari, vel quod idem alias beneficiatus existit, seu statuto de certo canonicorum numero juramento vel confirmatione sedis apostolice aut quacunque firmitate alia roborato, vel qualibet indulgentia ab apostolica sede obtenta, per quam hujusmodi gratia impediri valeat seu etiam retardari. contradictores etc. datum Lugduni idibus aprilis anno quarto.

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 375.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2532.

102. Innocentius IV papa .. episcopo Basiliensi et A[rnoldo] preposito Argentinensi capellano suo mandat, quatinus causam, que inter prepositum et capitulum ecclesie Beronensis ex parte una ac episcopum Constantiensem super quibusdam decimis et rebus aliis vertitur, terminent vel ad sedem apostolicam remittant. «dilecti filii prepositus.» datum Lugduni idibus aprilis anno quarto. *1247 April 13 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 383v.
Darnach Berger Reg. Inn IV nr 2619. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 321.

[1] *Denselben beauftragt der Pabst, für seinen Verwandten Anselm Canonicus von Speier in Stadt oder Diöcese Straßburg oder Worms zu sorgen* in dignitate prelatura seu aliis ecclesiasticis beneficiis, etiamsi curam animarum habeant. *1247 April 17 Lyon. Ebenda, darnach Berger nr. 2533.*

103. Innocentius IV papa . . episcopo Argentinensi mandat, quatinus Henrico de Geroldisecke, capellano suo, nepoti Spirensis electi, in civitate vel diocesi Basiliensi provideat seu provideri faciat in aliqua dignitate vel prelatura, que ad collationem episcopi Basiliensis non spectet. «cum sicut per.» datum Lugduni 17 kalendas maji. *1247 April 15 Lyon.*

V aus Reg Vat. tom. 21 fol. 385.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr 2636. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 322

104. Innocentius IV papa . . decano et capitulo ecclesie sancti Thome Argentinensis mandat, quatinus Johannem plebanum de Burningen Argentinensis dioceais, carum et devotum magistris consulibus et communi Argentinensibus, pro quo ipsi direxerunt preces et litteras speciales, in fratrem et canonicum admittant et de prebenda liberaliter provideant, non obstante certo canonicorum numero etc.; alioquin . . episcopo Argentinensi injungit, ut mandatum apostolicum exequatur. «paterne benivolentie gratiam.» datum Lugduni 16 kalendas maji anno quarto. *1247 April 16 Lyon.*

V aus Reg. Vat tom. 21 fol. 376.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2545.

105. Innocentius IV papa . . abbati de Alba Cisterciensis ordinis Spirensis diocesis, . . decano et Eberardo de Entringen canonico Argentinensibus mandat, quatinus abbatissam et conventum de Erstein Argentinensis diocesis compellant, ut juxta mandati apostolici tenorem Henrico clerico de Phorchein Spirensis diocesis in competenti ecclesiastico beneficio provideant. «dilectus filius Henricus.» datum Lugduni 15 kalendas maji anno quarto. *1247 April 17 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom 21 fol. 386v.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2652. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 323.

106. Innocentius IV papa . . thesaurario sancti Thome Argentinensis mandat, quatinus Henrico de Geroldisecke, canonico ecclesie Spirensis, qui, cum se patenter opposuerit fautoribus F[rederici] quondam imperatoris, non audeat in civitate Spirensi secure morari, proventus prebende sue ipsius ecclesie usque ad triennium, ubicumque fuerit, faciat integre ministrari. «cum sicut accepimus.» datum Lugduni 12 kalendas maji anno quarto. *1247 April 20 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 385.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr 2637. Rodenberg Epist. pont. Rom. II nr. 327.

107. *Pabst Innocenz IV bewilligt dem Bischof von Straßburg, daß er das Amt des Mansivus der Straßburger Diöcese, das durch Wahl der Domherren bisher besetzt wurde, verleihen dürfe. 1247 Mai 3 Lyon.*

. . Episcopo Argentinensi. exigentibus tue devotionis[a] meritis etc. ut supra usque exaudimus. tuis itaque supplicationibus benignum impertientes assensum presentium tibi auctoritate concedimus, ut, si officium mansivi[b] Argentinensis diocesis, quod dilectus filius Hugo, archidiaconus Argentinensis, consanguineus tuus, obtinet et consuevit per canonicorum electionem conferri, eodem archidiacono cedente vel decedente, persone idonee valeas nostra fretus auctoritate conferre. contradictores etc. datum Lugduni 5 nonas maji anno quarto.

V aus Reg Vat. tom. 21 fol. 385v.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2642.

108. Innocentius IV papa . . abbati et conventui de Swarzahe ordinis sancti Benedicti Argentinensis diocesis mandat ad preces . . comitis de Wirtemberch, quatinus Nicolao clerico Argentinensi in ecclesiastico beneficio, quod ad collationem suam pertineat et consueverit clericis secularibus assignari, providere curent; alioquin . . episcopo Argentinensi injungit, ut super hiis mandatum apostolicum exequatur. «ad faciendam dilecto.» datum Lugduni 6 idus maji anno quarto. *1247 Mai 10 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 387v.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2660. Rodenberg Epist. pont Rom. II nr. 352.

109. Innocentius IV papa . . preposito ecclesie sancti Petri Argentinensis mandat, quatinus, si decanum et capitulum Constantienses, ecclesie devotos, contigerit ob hoc a Constantiensi ecclesia absentare, prebendarum proventus, ac si personaliter residerent in ipsa, eis ministrari faciat. «cum dilecti filii.» datum Lugduni 5 idus maji anno quarto. *1247 Mai 11 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 388v.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2664. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 342.

110. *Pabst Innocenz IV ersucht den Dekan und das Domcapitel von Straßburg mit Rücksicht auf die von E[berhard] von Ettendorf der Curie erwiesenen Dienste, dessen Sohn Hermann als Canonicus in das Capitel aufzunehmen und mit einer Pfründe zu versorgen. 1247 Mai 12 Lyon.*

. . Decano et capitulo Argentinensibus. gratos nobis et ecclesie pro pure devotionis et fidei meritis prosequi debemus in suis favoris gratia specialis, ut eo libentius apostolice sedis se temporibus oportunis studeant exhibere placitos, quo de suis

a) V: devonis. b) *Berger liest* mansini.

obsequiis se gaudenter aspexerint muneratos. sane de dilecto filio nobili viro E[berhardo] domino de Etendorf certis constat inditiis, quod diebus istis una cum venerabili fratre nostro Argentinensi episcopo omni diligentia et virtute qua potuit honorem sedis apostolice procuravit. cum itaque dignum sit, ut idem sic nobilis propter hujusmodi meritorum studium favorem in nobis invenisse gaudeat gratiosum, universitatem vestram rogamus et hortamur attente mandantes, quatinus dilectum filium Hermannum clericum natum ipsius pro apostolice sedis et nostra reverentia in fratrem et canonicum admittatis et de prebenda, quam cito se facultas obtulerit, liberaliter provideatis eidem, non obstante certo canonicorum numero juramento seu quacunque firmitate vallato, vel si vobis pro aliis scripta nostra direximus, quibus etc. usque generari, aut aliqua indulgentia etc. ut in proxima usque provenire; alioquin venerabili fratri nostro . . episcopo Argentinensi etc. ut supra in proxima usque exequatur. contradictores etc. datum Lugduni 4 idus maji anno quarto.

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 390.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2684.

111. *Pabst Innocenz IV beauftragt den Bischof von Straßburg auf Bitten des Straßburger Canonicus Heinrich von Geroldseck, daß er dessen Cleriker Heinrich in dem Straßburger St. Thomasstift Canonicat und Pfründe verschaffe. 1247 Mai 14 Lyon.*

. . Episcopo Argentinensi. dilecti filii Henrici de Geroldisecke, canonici Argentinensis, nepotis dilecti filii . . Spirensis electi, qui te in ecclesiasticis[a] negotiis laborantem plurimum juvisse dicitur, precibus inclinati mandamus, quatinus Henricum clericum ejus nullum, ut asserit, ecclesiasticum beneficium assecutum in ecclesia sancti Thome Argentinensis auctoritate nostra recipi facias in canonicum et in fratrem ac ei de prebenda, si qua ibidem vacat ad presens vel quam primum ad id obtulerit se facultas, provideri, non obstante certo canonicorum numero juramento vel alia quacunque firmitate vallato, aut si direximus scripta nostra pro aliis in eadem ecclesia, quibus etc. usque generari, vel quod pro eodem alibi scripsimus, ubi nondum est sibi provisum, seu aliqua sedis apostolice indulgentia, per quam possit hujusmodi provisio impediri. contradictores etc. datum Lugduni 2 idus maji anno quarto.

V aus Reg. Vat tom. 21 fol. 390.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2685.

112. Innocentius IV papa . . episcopo Argentinensi concedit, ut Anselmum canonicum Spirensem, consanguineum ipsius, moribus et nobilitate multipliciter commendatum, in ecclesia Argentinensi recipi in canonicum et in fratrem faciat. «apostolice sedis benignitas». datum Lugduni idibus maji anno quarto. *1247 Mai 15 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 393ᵇ.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2718.

a) *V ecl'iis letzte Silbe auf Rasur.*

Digitized by Google

113. Innocentius IV papa . . abbatisse et conventui monasterii de Andelahe ordinis sancti Benedicti Argentinensis diocesis mandat, quatinus Erboni canonico sancti Thome Argentinensis aliquam ecclesiarum ad monasterium de Andelahe pleno jure spectantium, que secularibus consueverit clericis assignari, conferant et assignent; alioquin Corrado canonico Basiliensi injungit, ut mandatum apostolicum exequatur. «suscepti cura regiminis.» datum Lugduni 9 kalendas junii anno quarto. *1247 Mai 24 Lyon.*

V aus Reg Vat. tom. 21 fol. 397.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2746. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 348.

114. *Pabst Innocenz IV stellt Priorin und Convent des Straßburger St. Agneskosters unter die Obhut des Ordensmeisters und Provinzials der Dominikaner. 1247 Juni 1 Lyon.*

. . Priorisse et conventui monasterii sancte Agnetis Argentinensis. cum, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, vos incluse corpore in castris claustralibus, mente tamen libera devote domino famulantes institutiones ordinis fratrum predicatorum hactenus laudabiliter duxeritis observandas, nos ad supplicationem dilecte in Cbristo filie nobilis mulieris Amicie dominc de Jovigniaco et Gualcheri nati ejus familiaris nostri devotionis vestre precibus inclinati vos et monasterium vestrum incorporantes ordini supradicto presentium auctoritate statuimus, ut sub magisterio et doctrina . . magistri et . . prioris provincialis Theutonie dicti ordinis, qui pro tempore fuerint, de cetero maneatis illis gaudentes privilegiis, que ordini predicto ab apostolica sede concessa sunt vel in posterum concedentur, ipsique magister et prior, contraria constitutione ipsius ordinis vel indulgentia ab apostolica sede obtenta seu obtinenda nequaqnam obstantibus, animarum vestrarum sollicitudinem gerentes et curam etc. ut supra in littera tertii capituli usque prout viderint expedire.[1] nulli ergo etc. nostre incorporationis et constitutionis etc. siquis etc. datum Lugduni kalendis junii anno quarto.[2]

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 400c.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2789. Rodenberg Epist pont Rom. II nr. 377.

115. Innocentius IV papa . . episcopo Argentinensi. cum abbatissa et conventus monasterii Seconiensis ordinis sancti Augustini Constantiensis diocesis mandatum apostolicum transeuntes aure surda ecclesiam de Ulmon Alberto de Hebesburc canonico Argentinensi, cujus frater et patruus et plures alii consanguinei F[riderico] quondam

---

[1] *Vergl. UB. I. 224 nr. 293 u. 225 Anm. 1.*

[2] *Unter dem gleichen Datum und nahezu mit denselben Worten benachrichtigt der Pabst den Ordensmeister und den Provinzial der Dominikaner, daß er das Straßburger St. Agneskloster dem Orden einverleibt habe, und trägt ihnen auf,* quatinus omnia premissa ad ministerium vestrum spectantia curetis diligenter et sollicite juxta constitutionis nostre tenorem sublato cujuslibet difficultatis dispendio adimplere. *Ebenda. Darnach Berger nr. 2790.*

imperatori contra ecclesiam adheserint, executores autem mandati apostolici Waltero clerico, nepoti . . prepositi Spirensis, canonico Argentinensi, qui cum consanguineis suis in ecclesie negotiis viriliter laboraverit, predictam ecclesiam contulerint, mandat, quatinus dictum Walterum faciat ipsius ecclesie possessione gaudere, non obstantibus litteris veritati et justitie prejudicantibus ab eodem Alberto a sede apostolica veritate tacita impetratis. «ex parte tua.» datum Lugduni 3 nonas junii anno quarto. *1247 Juni 3 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 405.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2837. Rodenberg Epist. pont. Rom. II nr. 379. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 351.

116. Innocentius IV papa . . sancti Petri et . . sancti Thome Argentinensium thesaurariis mandat, quatinus Sanctorum, scolasticum ecclesie sancti Victoris Maguntini, rectorem ecclesie in Hingilinhein Maguntine diocesis, non permittant ab aliquibus indebite molestari super ecclesia illa. «ut dilecto filio.» datum Lugduni 5 idus junii anno quarto. *1247 Juni 9 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 401.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2794.

117. Innocentius IV papa . . abbati et conventui monasterii Hirsaugensis ordinis sancti Benedicti diocesis Spirensis mandat Gebehardi, capellani sui, fratris comitum de Frinburch supplicationibus inclinatus, quatinus magistro Eberhardo de Horwe clerico capellani in ecclesiastico beneficio competenti providere curent; alioquin . . cantori ecclesie sancti Thome Argentinensis injungit, ut mandatum apostolicum exequatur. «dilecti filii Gebehardi.» datum Lugduni 2 idus junii anno quarto. *1247 Juni 12 Lyon.*

V aus Reg Vat. tom 21 fol. 404.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2824. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 358.

118. Innocentius IV papa . . preposito et capitulo Basiliensibus mandat, quatinus Berdoldum de Horburch canonicum Argentinensem,[1] consanguineum C[onradi] et H[enrici] comitum de Vriburc, qui se in ecclesie Romane negotiis obsequiosos hactenus et devotos exhibuerunt, in canonicum et in fratrem recipientes prebendam ei conferant; alioquin . . episcopo Argentinensi injungit, ut mandatum apostolicum exequatur. «cum dilecti filii.» datum Lugduni idibus junii anno quarto. *1247 Juni 13 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 404v.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2828. Rodenberg Epist. pont. Rom. II nr. 392. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 359. Fürstenberg. UB. VII, 407 nr. 249.

[1] *Vgl. UB. I, 236 nr. 314.*

Digitized by Google

119. *Pabst Innocenz IV fordert Abt und Convent des Klosters St. Blasien auf, Ortroin, dem Cleriker eines genannten Straßburger Bürgermeisters, eine entsprechende Pfründe zu verschaffen. 1247 Juni 26 Lyon.*

. . Abbati et couventui monasterii sancti Blasii ordinis sancti Benedicti, Constanticnsis diocesis. cum dilectus filius Il[a] magister civium Argentinensium, sicut pro certo didicimus, adeo sedi apostolicc sit devotus, ut tam pro se quam pro suis predicte sedis gratiam meruerit et favorem, nos volentes dilecto filio Ortroino[b] clerico dicti magistri ob hoc et obtentu venerabilis fratris nostri . . Argentinensis episcopi supplicantis nobis pro ipso gratiam facere specialem, universitatem vestram rogandam duximus attente et monendam mandantes, quatinus eidem *Ortroino* in ecclesiastico beneficio competenti ad vestram collationem spectante, quod dari clericis secularibus consuevit, si vacat ad presens vel quam primum ad id se facultas obtulerit, providere curetis, non obstante si vobis direximus scripta nostra pro aliis, quibus auctoritate presentium etc. usque generari, aut aliqua sedis apostolice indulgentia, per quam possit hujusmodi gratia impediri; alioquin . . thesaurario ecclesie sancti Thome Argentinensis litteris nostris injunginus, ut ipse super hoc mandatum apostolicum exequatur. datum Lugduni 6 kalendas julii anno quarto.

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 412.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 2909. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 364.

120. Innocentius IV papa . . abbati et conventui monasterii in Gengenbach ordinis sancti Benedicti Argentinensis diocesis concessionem ecclesie parrochialis sancti Martini in Gengenbach in proprios usus monasterii ab Henrico episcopo Argentinensi boue memorie factam et ab Henrico episcopo prefati successore approbatam confirmat.[1] inseruntur littere episcopi Henrici date Argentine anno gratie 1247, indictione 5, 2 idus martii. «ad facieudam vobis.» datum Lugduni 5 idus julii anno quinto. *1247 Juli 11 Lyon.*

1247 März 14

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 441.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 3073.

121. Innocentius IV . . decano et capitulo Honaugensibus Argentinensis diocesis mandat, quatinus Ortwinum clericum Argentinensem, pro quo magistri et consules Argentinenses supplicaverint, in canonicum et in fratrem recipientes prebendam ei

a) *Vielleicht* Hecelo *zu ergänzen.* b) *Wohl verschrieben für* Ortwino.

[1] Bertholdus episcopus Argentinensis magistrum H[einricum] scolasticom ecclesie sancti Thome Argentinensis in eondem ecclesiam intruserat, C[onrados] autem Portuensis et sancte Rofine episcopus tunc apostolice sedis legatione fungens et judices ab apostolica sede delegati illi silentium imposuerant. postea Walramus canonicus Argentinensis dictus de Geroltseecke a sede apostolica quasdam litteras per falsi suggestionem contra monasterium impetraverat, qui, cum abbatem et conventum diotios indebite fatigasset, de suo jure diffidens questioni cesserat.

Digitized by Google

liberaliter conferant; alioquin . . episcopo Argentinensi iujungit, ut mandatum apostolicum exequatur. «volentes dilectum filium.» datum Lugduni 2 idus julii anno quinto. *1247 Juli 14 Lyon.*

V aus Reg. Vat tom 21 fol. 445
Darnach Berger Reg. Inn IV. nr 3096

122. Innocentius IV papa Henrico de Phetenshe canonico sancti Thome, nuntio . . episcopi Argentinensis concedit, ut, cum eo tempore, quo decanus et capitulum ecclesie sancti Thome Argentinensis ipsum de mandato pape in canonicum receperint, ad eorum instantiam juraverit, se quam primo . . episcopus Argentinensis celebraret ordines, diaconatus ordinem recepturum, non obstante hujusmodi juramento, ad receptionem ordinis, donec prebendam in eadem ecclesia assecutus fuerit, minime teneatur. «cum sicut iu.» datum Lugduni idibus julii anno quinto. *1247 Juli 15 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom 21 fol 444r.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 3093.

123. Innocentius IV papa abbatissis et conventibus sancti Benedicti et sancti Augustini ordinum civitatis et diocesis Argentinensis mandat, qualinus preces episcopi sui super receptionibus faciendis, dummodo idonee presententur persone, admittant libere, juramento non obstante, quod de non recipiendis aliquibus usque ad certum tempus prestitisse noscuntur. «ex parte.» datum Lugduni idibus julii anno quinto. *1247 Juli 15 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol 444r.
Darnach Berger Reg. Inn IV nr. 3094.

124. Innocentius IV papa . . episcopo Argentinensi concedit, ut Alexandro canonico Warmaciensi, nepoti suo, in aliqua ecclesiarum sue civitatis vel diocesis in dignitate vel personatu valeat libere providere. «exigentibus tue devotionis.» datum Lugduni idibus julii anno quinto. *1247 Juli 15 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 444r.
Darnach Berger Reg. Inn IV nr. 3092.

125. *Pabst Innocenz IV befiehlt dem Ordensmeister und dem deutschen Provinzial der Dominikaner die Beachtung seines Mandats, betreffend die Einverleibung des Straßburger St. Agnesklosters in den Orden. 1247 August 7 Lyon.*

. . Magistro et . . priori provinciali Teotonie ordinis predicatorum. cum dilectas in Christo filias . . priorissam et conventum monasterii sancte Agnetis Argentinensis ac idem monasterium incorporaverimus ordini vestro,[1] nobili muliere Amicia de Jo-

[1] *Vergl. nr. 114.*

vigniaco et Gualchero nato ejus familiare nostro interponentibus super hoc non sine multe intercessionis instantia partes suas, presentium vobis auctoritate precipiendo mandamus, quatinus quod super hoc a nobis factum est, gratum et firmum habentes non attemptetis per vos nec permittatis a personis ejusdem ordinis contra hoc aliquid ullo umquam tempore attemptari. datum Lugduni 7 idus augusti anno quinto.

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 451ᵒ.
Darnach Berger Reg. Inn IV nr. 3155.

126. *Pabst Innocenz IV trägt der Aebtissin und dem Convent des Klosters St. Stephan zu Straßburg auf, dem Straßburger Cleriker Nicolaus, dem Sohne Heinrichs des Rothen, eine entsprechende Pfründe zu verleihen. 1247 September 29 Lyon.*

. . Abbatisse et conventui monasterii sancti Stephani Argentinensis ordinis sancti Benedicti. vestris affectibus debet esse votivum, quod digne vobis gratum esse perspicitis et vobis non[a] producere poterit[b] premium gratie specialis. sane dilectus filius nobilis vir . . comes de Dilingin ad hoc una cum suis intentus magnanimiter esse dicitur, ut Romane bonor ecclesie per eorum ministerium augeatur. propter hoc siquidem nos personam ejus affectu benivolo prosequentes ac ipsius in dilecto filio Nicolao clerico Argentinensi devoto suo, pro quo nobis preces direxit et litteras speciales, volentes honorare personam, presertim cum dilectus filius Henricus dictus Rufus, pater dicti clerici, ad hoc, prout accepimus, studiosus exiatat, ut vobis et eidem ecclesie sincera possit devotione placere, universitatem vestram rogandam duximus et monendam mandantes, quatinus eidem clerico pro apostolice sedis et nostra reverentia in aliqua ecclesiarum ad vestram collationem spectantium de beneficio ecclesiastico competenti, quod soleat clericis secularibus assignari, quam cito se facultas obtulerit, liberaliter providere curetis, non obstante, si vobis pro aliis scripta nostra direximus, quibus etc. usque generari, sive aliqua indulgentia, de qua specialem in litteris nostris oporteat fieri mentionem, preces nostras et mandatum taliter impletur, ut ex hoc processu temporis apud nos mernisse augmentum favoris et gratie gaudeatia; alioquin venerabili fratri nostro . . Argentinensi episcopo per litteras nostras injungimus, ut super hoc mandatum apostolicum exequatur. contradictores etc. datum Lugduni 3 kalendas octobris anno quinto.

V aus Reg Vat. tom. 21 fol 470ᵛ.
Darnach Berger Reg. Inn IV nr. 3334.

127. *Pabst Innocenz IV trägt dem Bischof von Straßburg auf, daß er die Aufnahme des Clerikers Johannes, des Sohnes Heinrichs des Rothen, eines Straßburger Bürgers, in das Straßburger St. Petersstift als Canonicus und seine Versorgung mit einer Pfründe bewirke. 1247 October 1 Lyon.*

. . Episcopo Argentinensi. etsi ad provisionem cunctorum, qui clericali militie sunt ascripti, pietas et pastoralis officii debitum nos propulsant, horum tamen pro-

a non *wol aus Versehen eingeschoben.* b) V prooterit.

visionibus eo favorabiliores exhibere nos querat, qui potioribus meritis et intercessionibus sedis apostolice devotorum efficacioribus adjuvantur. cum igitur dilectus filius nobilis vir . . comes de Wirtimberc pro dilecto filio Johanne clerico, nato dilecti filii Henrici Rufi, civis Argentinensis, qui ascriptus clericali militie nondum est ei patrimonii ecclesiastici participium assecutus, nobis humiliter supplicarit, ut ei provisionis manus munificas extendere de benignitate solita curaremus, nos ejusdem nobilis inducti precibus, quem gratia prosequimur et favore, mandamus, quatinus eundem clericum in ecclesia sancti Petri Argentinensi auctoritate nostra recipi facias in canonicum et in fratrem eique provideri de prebenda, si qua in ipsa vacat ad presens vel quam primum etc. usque facultas, non obstante, si in eadem ecclesia statutum sit de certo canonicorum numero juramento vel confirmatione sedis apostolice aut quacunque firmitate alia roborato, sive si pro aliis in eadem scripta nostra direximus, quibus nolumus etc. usque generari, aut qualibet indulgentia sedis ejusdem, per quam posset hujusmodi gratia impediri. contradictores etc. datum Lugduni kalendis octobris anno quinto.

V aus Reg. Vat tom. 21 fol 473r.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 3365.

128. Innocentius IV papa . . abbati et conventui monasterii Gengenbacensis ordinis sancti Benedicti Argentinensis diocesis, precibus episcopi et universitatis Argentinensium inclinatus mandat, quatinus clerico Reimboldo, nato Reimboldi sculteti de Gengenbach, qui Fre[derici] quondam imperatoris abdicato dominio reductus ad devotionem sedis apostolice honorem ipsius una cum . . Argentinensi episcopo non absque incursu dampnorum gravium viriliter promovere studeat, de beneficio ecclesiastico competenti providere curent.[1] «digne infunditur cordi.» datum Lugduni 2 idus decembris anno quinto. *1247 December 12 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol 499r.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 3554.

129. C[onradus] scolasticus Argentinensis[2] venditionem predii in Riehein a nobili viro H. fratre suo abbati et conventui de Wettingin factam, commutationem quoque in Enstringin a nobili viro R[udolfo] fratre suo dicto de Wassirstelz ratam habet[3]

[1] Innocentius IV papa . . episcopo Argentinensi mandat, quatinus cum Reimboldo, filio Heimboldi sculteti de Gengenbach, rectore ecclesie de Haselahe dispenset, quod preter eandem ecclesiam curam animarum habentem alia beneficia cum simili cura recipere et retinere valeat. datum ut supra. *Aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 499r. Darnach Berger Reg Inn. IV nr. 3556.*

[2] *Derselbe erscheint schon als Siegler in einer Urkunde seines Bruders Rudolf vom Jahre 1245 mit der Bezeichnung* magister. *Vergl. UB. d. Stadt u. Landschaft Zürich II, 140 nr. 634.*

[3] *In einer undatirten Urkunde gibt der Scholasticus Konrad von Wasserstelz seine Einwilligung dazu, daß sein Bruder Rudolf Besitzungen in Engstringen an Kloster Wettingen vertauschte. Vergl UB. d. Stadt u. Landschaft Zürich II, 187 nr. 704.*

et sigillum suum appendit, «tenore presentium vobis.» datum Argentine anno domini 1247, proxima feria tercia ante festum beati Thome apostoli. *1247 December 17 Straßburg.*

Aus UB. d. Stadt u. Landschaft Zürich II, 186 nr. 702 nach der Copie i. Wettingener Urbar i. St. A. Aargau.

130. Ebirhardus canonicus Argentinensis dictus de Wassirstelz commutationem predii in Enstringin abbati et conventui de Wettingin a nobili viro R[udolfo] pater suo factam ratam habet et, quia sigillum proprium non habet, sigillum domini C[onradi] scolastici Argentinensis rogat appendi. «tenore presentium vobis.» datum Argentine anno domini 1247, proxima feria tercia ante festum beati Thome apostoli. *1247 December 17 Straßburg.*

Aus UB. d. Stadt u. Landschaft Zürich II, 187 nr. 703 nach der Copie i. Wettingener Urbar i. St. A. Aargau.

131. Innocentius IV papa . . abbati et conventui monasterii de Ettenhermunster ordinis sancti Benedicti Argentinensis diocesis indulget, quod Waltero canonico Argentinensi, nato W[alteri] domini de Geroldesecke monasterii advocati, non obstante quod aliis providere teneantur, de beneficiis ecclesiasticis primo vacaturis, etiamsi curam animarum habeant, usque ad valentiam triginta marcarum argenti annuatim libere providere possint.[1] «ex parte vestra.» datum Lugduni 4 kalendas februarii anno quinto. *1248 Januar 29 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 502.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 3581.

132. Innocentius IV papa Engelberto clerico Argentinensi ad preces nobilium virorum . . de Dilgen . . de Wirtembere . . de Gruningen et . . de Calwe comitum de Suevia indulget, ut non obstante defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiamsi curam animarum habeat, obtinere possit, ita tamen, quod si ipsum ad episcopalem vocari contigerit dignitatem, illam nequaquam recipiat absque sedis apostolice licentia speciali. «etsi geniti ex.» datum Lugduni nonis februarii anno quinto. *1248 Februar 5 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 503v.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 3600. Rodenberg Epist. pont. Rom. II nr. 491.

---

[1] Innocentius IV papa .. decano ecclesie sancti Thome Argentinensis mandat, ne prefatos abbatem et conventum super concessione prefata molestari patiatur. datum ut supra *Aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 502. Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 3582.*

133. Innocentius IV papa . . abbati et conventui monasterii Novillarensis ordinis sancti Benedicti, Argentinensis diocesis, supplicationibus ipsorum et magistrorum consulum et universitatis civium Argentinensium inclinatus indulget, ut, postquam Santoro et Symoni, nato nobilis viri Lodewici advocati de Liethenberc, de beneficiis debitis fuerit provisum, magistro Gervalco de Argentina clerico suo, qui monasterio dudum servierit fideliter, preferentes eum sex aliis clericis, in ecclesiastico beneficio competenti providere possint.[1] «Ex parte vestra.» datum Lugduni nonis februarii anno quinto. *1248 Februar 5 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 503v.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 3601. Rodenberg Epist. pont Rom. II nr. 492.

134. Innocentius IV papa . . episcopo Argentinensi ad preces nobilis viri Henrici de Tengen devoti ecclesie mandat, quatinus cum Ulrico clerico Argentinensi dispenset, ut non obstante defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiamsi curam animarum habeat, obtinere possit, ita tamen, quod si ipsum ad episcopalem vocari contigerit dignitatem, illam nequaquam recipiat absque licentia sedis apostolice speciali. «ad faciendam dilecto.» datum Lugduni 2 idus februarii anno quinto. *1248 Februar 12 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 511.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 3676. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 433.

135. Innocentius IV papa . . episcopo Argentinensi ad supplicationes H[artmanni] et H[artmanni] comitum de Kiburc in presentia sua constitutorum mandat, quatinus cum Renaudo canonico Argentinensi, fratre nobilium virorum Corradi et Henrici dominorum de Tengen, qui dudum in ordine subdiaconatus existens cuidam vidue aliquandiu cohabitaverit, tandem ea abjecta ad clericalem ordinem sit reversus, dispenset, ut in minoribus ordinibus ministrare valeat. «dilecti filii nobiles.» datum Lugduni idibus februarii anno quinto. *1248 Februar 13 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 506.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 3628. Rodenberg Epist. pont. Rom. II nr. 498. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 435.

136. Innocentius IV papa . . episcopo Argentinensi obtentu Gebehardi capellani sui,[2] C[onradi] fratris ejus comitis de Vriburc, et Henrici de Gerolsecke, canonici Spirensis, nepotis electi Spirensis concedit, ut cum magistro Gervalco clerico Argen-

[1] Innocentius IV papa . . episcopo Argentinensi mandat, quatinus abbatem et conventum Novillarenses super concessione prescripta molestari non patiatur. datum ut supra *Aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 504. Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 3602.*

[2] *Vergl. für Gebhard die beiden Schreiben Innocenz IV an den Erzbischof von Köln von 1249 April 13 Lyon bei Berger nr. 4454 und 4460.*

tinensi illorum devoto dispenset super obtentis et obtinendis beneficiis ecclesiasticis, etiamsi curam animarum habeant. «etsi pluralitatem ecclesiarum.» datum Lugduni 12 kalendas martii anno quinto. *1248 Februar 18 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 511v.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 3683 Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 443.

137. *Pabst Innocenz IV gestattet dem Abt und Convent der Abtei Maursmünster, ihren rechtserfahrnen Cleriker, den Magister Gervaleus von Straßburg, trotz andrer Verbindlichkeiten mit Pfründen zu versorgen. 1248 März 13 Lyon.*

. . Abbati et conventui Maurimon[asterii] ordinis sancti Benedicti Argentinensis diocesis. exigentibus vestre devotionis meritis etc. ut supra usque exaudimus, cum igitur, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, magister Gervaleus Argentinensis clericus vester, in canonico et civili jure peritus, diu vobis et monasterio vestro servierit fideliter et devote nec possitis ei, qui jam mature etatis existit, providere absque gratia nostra in beneficiis ecclesiasticis, cum sitis Walrammo de Gerolseeke, canonico Argentinensi, et aliis quinque clericis ad mandatum sedis apostolice obligati, nos venerabilis fratris nostri . . episcopi Argentinensis et vestris supplicationibus benignum impertientes assensum providendi eidem magistro, postquam fuerit eidem canonico provisum in ecclesiastico beneficio, quod ad collationem vestram pertineat et consueverit clericis secularibus assignari, non obstante, quod alias beneficiatus existit, vel alias scripsimus pro eodem, si eidem episcopo hoc vestro monasterio videbitur expedire, plenam vobis auctoritate presentium concedimus facultatem, proviso ut postea provideatis predictis quinque clericis, ut tenemini, cum ad id obtulerit se facultas. nulli ergo etc. nostre concessionis etc. datum Lugduni 3 idus martii anno quinto.

V aus Reg. Vat tom 21 fol 522. Angefügt der Vermerk: datus est super hoc conservator dictus abbati et conventui episcopus Argentinensis sub eadem data
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 3800.

138. H[einricus] Argentinensis episcopus omnia, que B[erhtoldus] predecessor suus, Argentinensis episcopus, cum illustri viro H[artmanno] comite seniore de Kiburg super patrimoniis suis disposuit, quorum proprietatem predictus comes ecclesie Argentinensi contulit et mox ab eadem tam ipse quam filius fratris sui in feodum receperunt, secundum quod instrumenta super hoc scripta continent,[1] rata habet et auctoritate sua confirmat. «quoniam vigor humane.» datum apud Argentinam anno domini 1248, 17 kalendas maji. testes: fratres M. prior et C[unradus] de Aquis[2]

[1] *Vergl UB. I, 218 nr. 287 u. nr. 55.*

[2] Cünradus de Aquis et Hugo junior de Argentina *erscheinen als Dominikanerbrüder in einer Züricher Urkunde von 1246 April 4, ebenso* C. de Aquis *und* Johannes de Argentina *in einer Urkunde von 1246 August 24, ferner* frater Hugo Argentinensis de ordine predicatorum in Tnrego *in einer Urkunde von 1243 Februar 13 Vergl UB d. Stadt u. Landschaft Zürich II. 112 nr. 637; 147 nr. 642 u. 81 nr. 576.*

ordinis fratrum predicatorum, R[einhardus] de Tengen et C[onradus] de Loufen canonici ecclesie Argentinensis. *1248 April 15 Straßburg.*

Aus UB. d. Stadt u. Landschaft Zürich II, 209 nr. 732 nach d. Or. i. Hofarchiv Turin.

139. *Pabst Innocenz IV trägt der Aebtissin und dem Convent der Abtei [Erstein] auf, den Canonicus des St. Thomasstiftes zu Straßburg Werner von Wolxheim mit einer entsprechenden Pfründe zu versorgen. 1248 Mai 26 Lyon.*

. . Abbatisse et conventui de Orsterhere[a] ordinis sancti Benedicti Argentinensis diocesis. ad faciendam dilecto filio Wernero de Wolfgangeshere, canonico ecclesie sancti Thome Argentinensis, gratiam specialem venerabilis fratris nostri . . episcopi Argentinensis preces ac supplicatio dilecti filii Peregrini, procuratoris sui, necnon merita ejusdem canonici et suorum devotio, quam habent ad sedem apostolicam, super quibus eis testimonium perhibetur laudabile, nos inducunt. rogamus itaque universitatem vestram attentius et monemus firmiter precipiendo mandantes, quatinus eidem canonico in parrochiali vel alio ecclesiastico beneficio, quod ad collationem vestram pertineat et consueverit clericis secularibus assignari, curetis pro apostolice sedis et nostra reverentia liberaliter providere, non obstante, quod idem canonicus alias beneficiatus existit, vel si alias scripsimus pro eodem aut si pro aliis vobis direximus scripta nostra, quibus cum in assecutione beneficii preferri volumus de gratia speciali, vel indulgentia, si qua vobis est ab apostolica sede concessa, ut compelli ad provisionem alicujus per litteras apostolicas non possitis; alioquin eidem episcopo damus nostris litteris in mandatis, ut ipse super hiis mandatum apostolicum exequatur. contradictores ete. datum Lugduni 7 kalendas junii anno quinto.

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 537.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 3934.

140. Innocentius IV papa . . episcopo Argentinensi mandat, quatinus Ulricum clericum, natum nobilis viri Eberardi de Ereudorf ecclesie devotissimi, in quem gratiam factam quondam Hermanno clerico fratri Ulrici vult omnino refundi, juxta continentiam litterarum, quas decano et capitulo Argentinensibus necnon abbati et conventui monasterii de Wissenburch ordinis sancti Benedicti Spirensis diocesis super Hermanni provisione direxerit,[1] in canonicum et in fratrem Argentinensis ecclesie recipi ac ei conferri prebendam et ab eisdem abbate et conventu de beneficio faciat provideri. «intelleeta puritate devotionis.» datum Lugduni 3 kalendas junii anno quinto. *1248 Mai 30 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 535.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 3915. Rodenberg Epist. pont. Rom. II nr. 571.

a) *oder* Orslerzera? *Wohl verballh. rat für* Erstein.

[1] *Vergl. die Bulle von 1247 April 18 Lyon i. Reg. Vat. tom. 21 fol. 391 bei Rodenberg Epist. pont. Rom. II nr. 325. Berger nr. 2694*

141. Innocentius IV papa P[etro] sancti Georgii ad Velum Aureum diacono cardinali apostolice sedis legato mandat, quatinus opem et operam det, ut Henricus de Gereldesche Basiliensis et Argentinensis canonicus, cum ad episcopatum dicatur idoneus, in aliqua ecclesiarum Theutonie in episcopum assumatur. «etsi.» datum Lugduni 6 idus julii anno sexto. *1248 Juli 10 Lyon.*

Aus Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 498 nach Reg Paris Inn. IV a. 6 fol. 2. Darnach Berger Reg. Inn. IV nr 4118 Potthast nr 13423

142. Innocentius IV papa . . abbati et conventui monasterii de Sentira ordinis sancti Benedicti Argentinensis diocesis mandat, quatinus Peregrino canonico ecclesie sancti Thome Argentinensis juxta promissionem suam in competenti ecclesiastico beneficio providere curent; alioquin . . episcopo Argentinensi injungit, ut mandatum apostolicum exequatur. «cum [sicut] dilectus.» datum Lugduni 5 kalendas octobris anno sexto. *1248 September 27 Lyon.*

Aus Berger Reg. Inn. IV nr. 4169 nach Reg Paris. Inn. IV a. 6 fol 7v. Potthast nr. 13460.

143. Innocentius IV papa . . thesaurario ecclesie sancti Petri Argentinensis mandat, quatinus Hugonem canonicum ecclesie Turicensis, clericum [Willelmi] regis Romanorum, non permittat super beneficiis suis molestari. «dilectus filius Hugo.» datum Lugduni 2 idus novembris anno sexto. *1248 November 12 Lyon.*

Aus Bernoulli Acta pont. Helv I nr 502 nach Reg. Paris. Inn IV a 6 fol. 11v. Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 4212. Rodenberg Epist pont Rom II nr. 605. Potthast nr. 13078.

144. *Papst Innocenz IV bewilligt den Schatzmeistern der Dom- und St. Peterskirche, sowie den Pfarrern der Parrochialkirchen von St. Martin, St. Stephan und St. Andreas zu Straßburg, daß innerhalb ihrer Sprengelgrenzen kein kirchlicher Neubau ohne Zustimmung des Bischofs und des Domcapitels von Straßburg aufgeführt werden darf. 1248 December 2 Lyon.*

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis majoris et sancti Petri ecclesiarum thesaurariis et sancti Martini, sancti Stephani et sancti Andree parrochiarum plebanis Argentinensibus salutem et apostolicam benedictionem.[1] exigentibus vestre devotionis meritis votis vestris libenter annuimus et petitiones vestras, quantum cum deo possumus, favorabiliter exaudimus [a]. vestris itaque supplicationibus benignum impertientes [b] consensum autoritate presentium vobis indulgemus, ut

a) *B* extendimus. b) *B* impernem.

[1] *Vergl. UB. I, 243 nr. 326 sowie Anmerk. 1 u. 2.*

nullus infra thesaurariarum et parrochiarum vestrarum limites sive fines aliquod oratorium sine assensu et voluntate venerabilis fratris nostri episcopi, decani et capituli Argentinensium construere valeat vel illic etiam se transferre, non obstantibus aliquibus indulgentiis seu privilegiis seu aliis quibuscunque literis ab apostolica sede vel legatis ipsius impetratis vel impetrandis. nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere aut ei ausu temerario contraire. si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. datum Lugduni 4 nonas decembris pontificatus nostri anno sexto.

B aus Straßb. Bez.-A G 4903 Statutenbuch v. St. Peter fol. 26.
Nach Reg. Paris. Inn. IV a. 6 fol. 13c Berger Reg Inn. IV nr. 4227. Potthast nr. 13488.

145. Innocentius IV papa . . magistro civium consulibus et universitati Argentinensibus. ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis, quod, cum tam a nobis quam a legatis nostris pro quibusdam filiis nepotibus et consanguineis vestris super ipsorum provisionibus diverse ad diversos litterc emanarint, quia postmodum nos et iidem legati aliis gratiam tam in genere quam in specie fecisse dicimur, ut predictis debeant in provisionum assecutione preferri, vestrorum provisiones plus debito retardantur. quare [a] nobis humiliter postulastis, ut providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. nolentes igitur, ut hac occasione provisiones hujusmodi debeant retardari, eisdem filiis nepotibus et consanguineis vestris, dummodo in ecclesie devotione persistant, auctoritate presentium indulgemus, ut nulli, dummodo non sint beneficia assecuti, eis ratione predicte gratie preferantur, sed sicut priores sunt per datam et presentationem litterarum ipsarum, ita in executione provisionum sint etiam potiores, non obstantibus aliquibus litteris a nobis vel eisdem legatis obtentis vel etiam obtinendis.[1] «exigentibus vestre devotionis.» datum Lugduni 4 idus decembris anno sexto. *1248 December 10 Lyon.*

Aus Berger Reg. Inn. IV nr. 4350 nach Reg. Paris Inn. IV a. 6 fol. 27c. Potthast nr. 13120. Vergl. Urk I 243 Anm. 1.

146. Innocentius IV papa . . archiepiscopo Maguntino et . . episcopo Argentinensi intimanti, quod, cum dudum ad preces suas P[etro] sancti Georgii ad Velum Aureum diacono cardinali, tunc in partibus illis apostolice sedis legato, litteris in mandatis dedisset,[2] ut Henrico de Geroldsekc, Basiliensis Argentinensis et Spirensis ecclesiarum canonico, nepoti . . electi Spirensis, in partibus Theutonie de episcopatu aliquo provideret, eodem legato antequam id fieret redeunte, idem canonicus nullum

[1] Innocentius IV papa . . sancti Arbogasti et . . sancte Trinitatis ecclesiarum prepositis et . . decano sancti Thome Argentinensibus mandat, quatinus non permittant predictos filios nepotes et consanguineos supradictorum Argentinensium contra tenorem precedentium litterarum molestari. datum ut supra. *Aus Berger Reg. Inn. IV nr. 4351.*

[2] *Vergl. nr. 141.*

comodum assecutus sit, mandat, quatinus dictum canonicum in aliqua ecclesia cathedrali de partibus illis, Basiliensi excepta, quam primum oblulerit se facultas, preficiant in episcopum. «tua nobis frater.» datum Lugduni 15 kalendas januarii anno sexto. *1248 December 18 Lyon.*

Aus Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 505 nach Reg. Paris. Inn. IV a. 6 fol. 32 Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 4395. Rodenberg Epist. pont. Rom. II nr. 623. Potthast nr. 13566.

147. Innocentius IV papa . . abbati de Villers Cisterciensis ordinis, Metensis diocesis, Werico et Johanni de Muccio archidiacono Metensi. olim inter Berwardum canonicum ecclesie sancti Petri Argentinensis et . . abbatem conventumque Mauri-monasterii Argentinensis diocesis super quadam annua pensione, in qua eos idem canonicus sibi teneri dicebat, donec ei de beneficio, quod decem mareas valeret annuatim vel amplius, providerent, lite suborta,[1] dedit magistrum J[ohannem] Spatam subdiaconum et capellanum suum auditorem, qui sententialiter diffinivit, ut tantum subtraberetur de hujusmodi pensione, quantum proventus beneficiorum, que alias dictus canonicus haberet, valerent, et si suos redditus augmentari contingeret, de pensione secundum augmentum hujusmodi demeretur et iidem abbas et conventus tenerentur prefato canonico ad totum residuum persolvendum, si vero canonici redditus equivalerent predicte pensioni, abbas et conventus ab ipsa essent penitus absoluti. verum quia jam dictus canonicus labores gravesque sumptus propter hoc dicitur subiisse, papa illis mandat, quatinus valorem annuum reddituum, quos nunc idem canonicus obtinet, estimantes tantumdem de pensione subtrahi et residuum canonico a prefatis abbate et conventu tam diu annis singulis exhiberi plenarie faciant, donec sibi de tanto beneficio, ut superius est expressum, etiamsi curam habeat animarum annexam, curaverint providere. «olim inter dilectos.» datum Lugduni 14 kalendas januarii sexto. *1248 December 19 Lyon.*

Aus Berger Reg. Inn. IV nr. 4352 nach Reg. Paris. Inn. IV a. 6 fol. 27v. Potthast nr. 13541.

148. Innocentius IV papa . . episcopo Argentinensi mandat volens Henricum de Vinstingen Argentinensem canonicum sue merito probitatis et obtentu illius et nobilium virorum Ul[rici] de Wi[r]tembere, H[artmanni] de Grutanger, H[ugonis] de Parvapetra et C[onradi] de Friburc comitum pro eo supplicantium gratia prosequi et favore, quatinus eidem canonico in civitate vel diocesi seu provincia Treverensi in ecclesia cathedrali vel alia de beneficio prebendali et personatu seu ecclesiastica dignitate, etiamsi curam habeat animarum, provideat. «volentes dilectum filium.» datum Lugduni 12 kalendas februarii anno sexto. *1249 Januar 21 Lyon.*

Aus Berger Reg. Inn. IV nr. 4360 nach Reg. Paris. Inn. IV a. 6 fol. 28v. Darnach Rodenberg Epist. pont. Rom. II nr. 640. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 507. Potthast nr. 13546.

[1] *Vergl. UB. I, 236 nr. 313.*

Digitized by Google

149. Innocentius IV papa . . episcopo Argentinensi mandat supplicationibus nobilium virorum . . de Gruning[en] et . . de Nuremberc comitum inclinatus, quatinus Henrico de Vinstiug[en] canonico Argentinensi, eorum consanguineo, de aliqua dignitate in ecclesia sancti Arnualis Metensis diocesis, cum eam ibi vacare contigerit, quam idem canonicus duxerit acceptandam, provideat. «personas dilectorum filiorum.» datum Lugduni 3 kalendas februarii anno sexto. *1249 Januar 30 Lyon.*

Aus Berger Reg. Inn. IV nr. 4356 nach Reg Paris. Inn IV a. 6 fol 28. Darnach Rodenberg Epist. pont Rom II nr. 648. Potthast nr 13188.

150. Innocentius IV papa . . decano sancti Andree Warmaciensis, . . cantori Metensi et . . thesaurario sancti Petri Argentinensis mandat, quatinus Anselmum canonicum Spirensem, consanguineum episcopi Argentinensis, in prepositum ecclesie sancti Martini Warmacieusis ab eodem episcopo promotum, in corporalem prepositure possessionem inducant, nisi cantor Warmaciensis, cui canonici preposituram eandem contulerunt, institutionem canonicam assecutus fuerit. «ex parte venerabilis.» datum Lugduni 3 kalendas aprilis anno sexto. *1249 März 30 Lyon.*

Aus Berger Reg. Inn. IV nr 4577 nach Reg. Paris. Inn. IV a. 6 fol. 53v. Potthast nr. 13671.

151. Innocentius IV papa A[rnoldo] preposito Argentinensi capellano suo mandat, quatinus cum H[enrico] preposito Basiliensis ecclesie dispensét, quod preter beneficia que obtinet alia, personatus vel dignitates, etiamsi curam habeant animarum annexam, usque ad summam, de qua expedire viderit, licite in Alamania recipere valeat. «apostolice sedis benignitas.» datum Lugduni 17 kalendas maji anno sexto. *1249 April 15 Lyon.*

Aus Bernoulli Acta pont Helv. I nr. 525 nach Reg Paris Inn. IV a. 6 fol. 44. Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 4498. Potthast nr. 13630.

152. Innocentius IV papa . . episcopo Argentinensi concedit, ut Ottoni notario suo [1] canonico ecclesie Homing[ensis] in sua civitate vel diocesi providere valeat in prebendali vel alio ecclesiastico beneficio competenti, etiamsi curam habeat animarum, quam primum oblulerit se facultas. «exigentibus tue devotionis.» datum Lugduni nonis maji anno sexto. *1249 Mai 7 Lyon.*

Aus Berger Reg. Inn. IV nr. 4578 nach Reg. Paris. Inn. IV a. 6 fol. 53. Potthast nr. 13672.

[1] *In einer Bulle des Pabstes Innocenz IV für das Kloster Kappel von 1249 Februar 8 Lyon wird erwähnt* Petrus canonicus ecclesie Honogensis clericus et nuncius Argentinensis episcopi. *Aus Berger Reg. Inn. IV nr. 4339 nach Reg. Paris. Inn. IV a. 6 fol. 26.*

153. *Meister und Rath der Stadt Straßburg beurkunden eine Güterschenkung ihres Bürgers Etzekint an das Straßburger St. Johanneskloster. 1249.*

Wir Syfrit ein edelkneht und Reinbolt Claweses sún, búrgermeistere zû Strazburg, unde der rat tûnt kunt allen den, die disen brief sehent oder hôrent lesen, daz Etzekint unser burger alles daz reht, daz er bet an one ein funfczig acker, die do gelegen sint in deme ban zu Kungeshoven, und an eime hûse uber den alten graben dúrch siner selen heiles willen geben het den klosterfrowen zû sancte Johannese zû Strazburg, und hant zû urkúnde dirre vorgeschriben diuge unser ingesigel gehenket an disen brief. der wart geben in dem jare, do men zalte von gottes gehúrte zweilf hundert und nún und viertzig jar. und worent ôch zû gegene dise gezúgen Walther Marschalg, der wisze Alberreht Beger, Friderich von Ufwilre und andere, die ôch in dem besigelten briefe geschriben stônt.

H aus Straßb. Hosp. A. Prot. S. Marc. 206 fol. 1. *Deutscher Auszug der lateinischen Urkunde von einer Hand des 14ten Jahrh. gefertigt. (Schulte.)*

154. Innocentius IV papa . . cantori sancti Petri Argentinensis,[1] supplicantibus H[enrico] de Vinstingen capellano suo, cantore Virdunensi, et nobili viro Th. comite de Rukesingen, L[udewico] domino de Litemburch advocato Argentineusi, mandat, quatinus Johanni dicto Nouse canonico Metensi iu aliqua ecclesiarum regni Alamanie cathedrali vel alia, Metensi Leodiensi Tullensi et Cameracensi civitatibus et diocesibus dumtaxat exceptis, de prebenda dignitate etc. etiamsi curam habeat animarum, prout idem duxerit acceptandum, providere procuret faciens ipsum exnunc in canonicum recipi et in fratrem. «ut dilectum filium.» datum Lugduni 5 idus augusti anno octavo. *1250 August 9 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 22 fol. 97v.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 5352.

155. Innocentius IV papa . . episcopo Argentinensi committit annuens precibus nobilis viri Ulrici comitis de Wirtemberc ecclesie Romane devoti, ut cum Alberto de Talmeczingen canonico Argentinensi ejusdem comitis consanguineo dispenset, quod preter canonicatum Argentinensem, de Choro et de Munzingon Argentinensis et Constantiensis diocesum ecclesias et alia beneficia, que obtinet, curam animarum habentia possit alia seu personatus prelaturas vel dignitates eciam cum simili cura recipere, si eidem in regno Alamanie canonice offerantur, et cum obtentis licite retinere usque ad quantitatem illam, de qua consideratis ejusdem persone meritis se-

[1] *Unterm 28ten Juli desselben Jahrs hatte Pabst Innocenz IV dem Cantor von St. Peter aufgetragen, für die Ausführung eines Mandats an den Bischof von Metz zu Gunsten Heinrichs von Finstingen, des Cantors der Kirche von Verdun, Sorge zu tragen. Aus Reg. Vat. tom. 22 fol. 5v. Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 4775.*

cundum deum viderit expedire.[1] «dilecti filii nobilis.» datum Lugduni 10 kalendas novembris anno octavo. *1250 October 23 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 22 fol. 26.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 4913. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 541.

156. Innocentius IV papa . . episcopo Argentinensi. Walterus canonicus Argentinensis natus nobilis viri W[alteri] domini de Geroleseke exposuit, quod olim illi mandavisset, ut cum ipso super obtentis et obtinendis beneficiis seu dignitatibus vel aliis prelaturis, etiamsi curam animarum haberent, usque ad summam de qua expedire videret dispensaret,[2] verum quia idem canonicus minor vigiuti quinque annis existeret, cum eo dispensare super hoc hactenus distulisset episcopus. papa mandat, quatinus, si est ita, eum eodem canonico, hoc non obstante, si prout asseritur decem et novem annorum existat, super obtentis et obtinendis beneficiis dispenset juxta priorum continentiam litterarum. «dilectus filius Walterus.» datum Lugduni 7 idus decembris anno octavo. *1250 December 7 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 22 fol 29v.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 4942.

157. Innocentius IV papa . . episcopo Argentinensi, cum in Argentinensi ecclesia dicantur haberi statuta salubria et consuetudines approbate ac quedam alia statuta et consuetudines, que non sunt utilia nec honesta, mandat, quatinus statuta ecclesie honesta et consuetudines rationabiles et antiquas de consensu capituli confirmans reliqua statuta minus honesta et consuetudines non rationabiles ab eadem ecclesia extirpare procuret. «in Argentinensi ecclesia.» datum Lugduni 5 idus decembris anno octavo. *1250 December 9 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 22 fol. 32.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 4962.

158. *Pabst Innocenz IV trägt dem Bischof von Straßburg auf, für eine näher bezeichnete Eheschließung in Straßburg Dispens zu ertheilen. 1250 December 12 Lyon.*

. . Episcopo Argentinensi. etsi conjunctio copule conjugalis etc. ut supra in C L II capitulo usque id exposcit.[a] cum igitur, sicut ex parte tua et dilectorum filiorum E. et R. magistrorum et consulum ac universitatis civium Argentinensium

a) *Zu ergänzen:* in quarto consanguinitatis vel affinitatis gradu sacris sit canonibus interdicta, provide tamen super his interdum Romana dispensat ecclesia, maxime cum urgens necessitas vel evidens utilitas id exposcit.

[1] *Unter demselben Datum ertheilt Pabst Innocenz IV dem Bischof von Straßburg den gleichen Auftrag für den Straßburger Canonicus Konrad von Dellmensingen. Aus Reg. Vat. tom. 22 fol. 26. Darnach Berger Reg Inn. IV nr. 4914.*

[2] *Vergl. nr. 131.*

devotcrum sedi apostolice fuit propositum coram nobis, pro reformanda gravi discordia negotio generali dampnosa, que inter prefatum E. magistrum et quendam alium potentem virum civem Argentinensem erat exorta, Reimboldus[a] natus civis ejusdem filiam prefati magistri legitimam disponsaverit in uxorem, [nec] possit hujusmodi matrimonium pro eo, quod se contingunt quarta consanguinitatis linea, sine dispensatione ecclesie consumari, nos tuis et predictorum supplicationibus inclinati mandamus, quatinus cum eis auctoritate nostra dispenses, ut hujusmodi matrimonium licite consumare ac in eo permanere valeant, impedimento hujusmodi non obstante. datum Lugduni 2 idus decembris anno octavo.

V aus Reg. Vat. tom 22 fol. 31v.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr 4959.

159. *Otto Prager Bürgermeister, Räthe und Bürgerschaft von Regensburg danken dem Schultheiß, dem Rath und der Bürgerschaft von Straßburg für den Schadenersatz, den sie ihrem Bürger Otto geleistet haben, und sprechen sie desselben für immer los und ledig.* [*um 1250.*]

Viris honorabilibus[b] et discretis ac intimis amicis suis domino sculteto Argentinensis civitatis, consulibus uniuersisque concivibus suis O[tto] Pragarius magister civium cum consiliariis cunctisque concivibus suis Ratisponensis civitatis affectuosam in omnibus voluntatem cum servicio indefesso et expedito. veridica intelleximus relatione per legationem dilecti concivis nostri domini Ottonis, quod dampnum a quibusdam concivibus vestris sibi illatum per consilium et auxilium vestre communitatis sit amicabilius deletum. de quo universi et singuli vobis ad gratiarum assurgimus actiones, vestre constanciam fidei in omnibus recommendando, a qua numquam nec calcaneo vel ad solam scintinnulam excessisse dinoscimini, volentes id etiam perpetuis sine quolibet dubii ambiguo aput vos omnibus promereri serviciis, reddentes omnis impetitionis et querimonie predictos conciues vestros, vos universos et singulos, una cum dicto Ottone et amicis suis et a communitate nostra deiuceps omnimodis absolutos pro tali dampno et causa, tenore presencium contestando nec uencionem alicujus impetitionis vel querimonie proinde aliquando debere suboriri.

S aus Straßb. St.-A. V. C. G. Corp. K lad. 17 or. mb. c. sig. pend. Das Siegel nicht mehr erkennbar. Die Schrift gehört den mittlern Jahrzehnten des 13ten Jahrhunderts an. Otto Prager ist als Bürgermeister zu Regensburg wiederholt in den 40er und 50er Jahren nachweisbar.[1]

a) *Oder* Reemboldus? b) *S* honorabilibus.

[1] *Nach Gemeiner Regensburger Chronik I, 335 und nach Ried Cod. episc. Ratisp. I, 443 in den Jahren 1243, 1248 und 1255 1265 erscheint er noch als Zeuge, 1266 Kart Prager.*

160. *Der Ordensmeister der Dominikaner dankt Albertus Magnus für seine Verdienste um den Straßburger Convent.* [*um 1250.*]

Idem eidem venerabili et infra salutem se ipsum cum obsequiose promptitudine voluntatis. letus gratos nuper de vestra paternitate rumores accepi mihi exultacionis et gaudii materiam tribuentes. nam in Argentinam venientes, sicut karissimus . . mihi significare curavit, fratres doctrina sacra refici tis cum eorum profectu promocione ordinis et vestrorum meritorum augmento juxta vobis concessam celitus singulariter graciam et donatam, pluribus in beneficiis et gratis favoribus conventum eundem respicere studuistis. super quibus omnibus graciarum paternitati vestre, quas possum, refero actiones vobis supplicans, ut laudabiliter cepta continuare taliter procuretis, quod vobis cedat ad meritum, ad profectum fratribus et ceruentibus in exemplum etc. bene valeat vestra mihi admodum cara paternitas reverenda.

B aus Berlin Bibl. Ms theol. lat oct. nr. 109 fol. 18c. Die Adresse hergestellt aus dem voranstehenden Brief mit der Ueberschrift: domino Alberto magister ordinis

Gedruckt darnach bei Finke Dominikanerbriefe S 51 nr. 2, der die obige Datirung gibt. Die Thatigkeit Alberts in Straßburg ist zeitlich nicht genauer festzulegen.

161. *Pabst Innocenz IV gibt dem Straßburger Domcanonicus Walther von Geroldseck gewiße Zusicherungen betreffend die Erlangung der Domprobstei. 1251 Januar 31 Lyon.*

Waltero canonico Argentinensi nato nobilis viri W[alteri] domini de Geroliseke. petitio tua nobis exhibita continebat, quod, cum ad supplicationem venerabilis fratris nostri . . Argentinensis episcopi de prepositura Argentinensis ecclesie, cum vacabit, per litteras nostras tibi mandaverimus provideri, et quamplures super provisione ipsis facienda in civitate vel diocesi Argentinensi de prepositura vel dignitate, quam ducerent acceptandum, ante impetrationem litterarum hujusmodi et post etiam a nobis litteras impetrariut, quorum aliquos aliis, pro quibus antea scripseramus, nundavisse dicimur in prepositure vel dignitatis assecutione preferri, non obstantibus aliquibus litteris specialiter vel generaliter impetratis vel etiam impetraudis, times, ne propter hoc tua possit provisio impediri. quare nobis humiliter supplicavisti, ut providere tibi super hoc de benignitate sedis apostolice curaremus. nos igitur tuis supplicationibus inclinati auctoritate tibi presentium indulgemus, ut per aliquas litteras vel indulgentias a sede impetratas eadem, cujuscumque tenoris existant, vel etiam impetrandas, que de indulgentia hujusmodi plenam et expressam non fecerint mentionem, nullum tibi quoad assecutionem prepositure ipsius ecclesie prejudicium generetur. nulli ergo etc. nostre concessionis etc. datum Lugduni 2 kalendas februarii anno octavo.

V aus Reg. Vat. tom 22 fol. 38.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 5009.

162. Innocentius IV papa . . episcopo Argentinensi intimanti, quod, cum zelator ecclesie quosdam nobiles et potentes Argentinenses et quarundam aliarum civitatum et diocesum cupiens ad ecclesie Romane servitium contra hostes ipsius saltem obligare muneribus, quandam eis summam pecunie dederit et promiserit multas de possessionibus Argentinensis ecclesie obligando, nonnulli non curaverint assistere, quidam vero se a servitio ecclesie subtraxerint, indulget, ut pecuniam et possessiones concessas vel obligatas ab ipsis repetere valeat nec teneatur exhibere promissum, non obstantibus instrumentis seu litteris vel quibuslibet aliis cautionibus super hoc exhibitis tam per illum quam per capitulum Argentinensis ecclesie, quos ad hoc una secum asserit obligatos. «tua nobis fraternitas.» datum Lugduni kalendis februarii anno octavo. *1251 Februar 1 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 22 fol. 41c.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 5034.

163. Innocentius IV papa . . episcopo Argentinensi, cui olim duxit concedendum, ut cedente vel decedente . . cellarariu Argentinensis ecclesie officium cellararie Johanni de Eremberc consanguineo suo canonico ejusdem ecclesie conferret, ne pro eo, quod Walterus Argentinensis canonicus super conferendo sibi eodem officio prius a . . Coloniensi archiepiscopo tunc in partibus Alamanuie apostolice sedis legato[1] litteras impetravit, hujusmodi gratiam impediri contingat, mandat, quatinus non obstantibus archiepiscopi litteris dicto consanguineo suo de officio memorato provideat. «cum sicut accepimus.» datum Lugduni kalendis februarii anno octavo. *1251 Februar 1 Lyon.*

V aus Reg. Vat. tom. 21 fol. 44.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 5038.

164. Innocentius IV papa mandat . . decano ecclesie de Croziugen et Hugoni de Vriburch, canonico ecclesie Turicensis, quia priorissa et conventus monasterii de Kilperch conqueste sunt, quod Radulfus canonicus Argentinensis et quidam alii clerici Constantiensis et Argentinensis civitatum et diocesum super terris, debitis, possessionibus et rebus aliis cisdem injuriantur, quatinus partibus convocatis causam audiant et appellatione remota fine debito decidant. «dilecte in Christo.» datum Lugduni kalendis februarii pontificatus nostri anno octavo. *1251 Februar 1 Lyon.*

Aus Wirtemb. UB. IV, 253 nr. 1184 nach Or. i. Stuttgart. (Schulte.)

165. Innocentius IV papa . . abbati sancti Galli Constantiensis diocesis committit, quatinus cum Conrado canonico sancti Thome Argentinensis dispenset, ut preter ecclesiastica beneficia, que nunc obtinet, quorum quedam curam habent animarum

[1] *Konrad von Hochstaden, Erzbischof von Köln, war 1249 März 14 zum päbstlichen Legaten für Deutschland ernannt worden. Vergl. Potthast nr. 13249 und Rodenberg Ep. pontif. Rom. II, 467.*

annexam, possit adhuc unicum ecclesiasticum beneficium in provincia Maguntina, etiamsi curam similem habeat et dignitas vel personatus existat, si ei canonice offeratur, libere recipere. «ad faciendam dilecto.» datum Lugduni 2 nonas februarii anno octavo. *1251 Februar 4 Lyon.*

V aus Reg Vat. tom. 22 fol 103
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr 5388. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 552.

166. Innocentius IV papa Eberardo de Sulze archidiacono Argentinensi mandat, quatinus cedente vel decedente abbate monasterii sancti Galli Albertum, prepositum ipsius monasterii, consobrinum dicti abbatis eidem monasterio preficiat in abbatem. «adeo probata devotio.» datum Lugduni 10 kalendas martii anno octavo. *1251 Februar 20 Lyon.*

V aus Reg Vat. tom. 22 fol. 48.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 5085. Bernoulli Acta pont. Helv I nr. 563.

167. H[einricus] episcopus, B[ertholdus] decanus et archidiaconus capitulumque ecclesie Argentinensis donacionem et ordinationem, qua Fridericus Argentinensis et in Surburc ecclesiarum prepositus jus patronatus ecclesie in Rûtershoven et ipsam ecclesiam cum omnibus appendiciis capitulo ecclesie Surburgensis contulit,[1] jure archidiaconi dicte ecclesie remanente in omuibus sibi salvo, confirmant. «pastoralis cura requirit.» datum Argentine anno domini 1251, mense marcio. *1251 März Straßburg.*

B aus Straßb. Bez. A G fasc. 5175 or. mb. c. 1 sig. pend 2 delapsis.

168. *Pabst Innocenz IV trägt dem Bischof von Metz auf, den Straßburger Canonicus Simon von Lichtenberg in seinen Ansprüchen auf die Probstei von Surburg gegen Anselm von Fleckenstein, Canonicus zu Speyer, zu unterstützen. 1252 Januar 19 Perugia.*

. . Episcopo Metensi. ut dilectum filium Symonem, canonicum Argentinensem, natum quondam Ludowici domini de Lictthemberc, advocati Argentinensis, gratiosa benivolentia prosequamur, fides et devotio, quam dilectus filius nobilis vir Henricus dominus de Lictthemberc, advocatus Argentinensis, frater ipsius ad nos et Romanam ecclesiam habet, necnon carissimi in Christo filii nostri W[illelmi] regis Romanorum illustris et dilecti filii . . electi Maguntini precamina nos hortantur. cum, sicut igitur iidem rex et electus nobis exponere curaverunt, venerabili fratri nostro . .

[1] *Der Schenkungsakt des Probstes Friedrich von 1251 Februar ebenda or. mb c. 2 sig. pend. delapsis. In einer Bestätigungsurkunde dieser Schenkung, ausgestellt von* Anshelmus prepositus ecclesie Surburgensis *von 1251 März 28 wird Friedrich bereits als verstorben bezeichnet. Ebenda or. mb. c. sig. pend. Vergl. S. 63.*

episcopo Argentinensi nostris dedissemus litteris in mandatis, ut eidem Symoni de aliqua prelatura vel dignitate in Argentinensi civitate vel diocesi provideret, Anselmus de Flekesteim, canonicus Spirensis, preposituram ecclesie Surbugensis Argentinensis diocesis predicto Symoni de jure debitam sibi conferri auctoritate quarundam litterarum postmodum obtentarum a sede apostolica procuravit. verum cum pater et fratres ipsius *Anselmi* se potenter et patenter opponant ecclesie negotio generali, C[onrado] natu quondam Fr[ideriei] olim Romanorum imperatoris et ejus fautoribus adherendo, et castra et munitiones imperii occuparint et detineant occupata, sitque satis indignum persecutorum ecclesie et ecclesiastice libertatis filios ad honores et ecclesiastica beneficia promoveri, quibus merentur potius spoliari, nos dictorum regis et electi precibus inclinati mandamus, quatinus patrem et fratres dicti *Anselmi* moneas attentius et inducas, ut infra duorum mensium spatium post monitionem tuam ad devotionem ecclesie redeuntes castra et munitiones predicta eidem regi restituere non postponant; alioquin prefatum *Anselmum* de consilio dilecti filii nostri H[ugonis] tituli sancte Sabine presbyteri cardinalis apostolice sedis legati a prepositura amnovens memorata illam dicto Symoni auctoritate nostra conferas et assignes, contradictores etc. non obstante, quod causam motam inter predictos *Anselmum* et *Symonem* super predicta prepositura, in qua nondum est ad litis contestationem processum, duximus ad examen apostolicum revocandam, sive quod venerabili fratri nostro .. episcopo Argentinensi dicitur ab apostolica sede concessum, quod nulli possit in sua civitate vel diocesi preter ipsius assensum per litteras apostolicas provideri. datum Perusii 14 kalendas februarii anno nono.

V aus Reg. Vat. tom. 22 fol 155c.

169. Innocentius IV papa .. episcopo Argentinensi mandat, quatinus exnunc preposituram Argentinensem, si super ea litigantibus contigerit inponi silentium nullique ipsorum eam adjudicari per sententiam, pape donationi reservet, districtius prohibens, ne ipsa per electionem vel provisionem alicui per aliquem auctoritate qualibet conferatur, ac decernat insuper irritum et inane, si contra reservationem et prohibitionem hujusmodi contigerit attemptari, cum super ea de cetero per controversias et jurgia disceptari nolit in ecclesie prefate detrimentum. «cum nostre intentionis.» datum Perusii 12 kalendas aprelis anno nono. *1252 März 21 Perugia.*

V aus Reg. Vat. tom. 22 fol. 134c.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 3586.

170. Innocentius IV papa cum Gebehardo de Friburc capellano suo canonico Argentinensi, qui proposuit, quod olim in guerra nobilis viri .. comitis de Friburc fratris sui .. Basiliensem episcopum non animo bellandi associans interfuisset captioni munitionis cujusdam, in qua plures homines dicuntur occisi, et petivit super hiis sibi salubriter provideri, cum presentia sua nulli fuerit mortis occasio, dispensat

Digitized by Google

super irregularitate, si quam forsitan ex hujusmodi presentia contraxerit. «ex parte tua.» datum Perusii 12 kalendas aprelis anno nouo. *1252 März 21 Perugia.*

V aus Reg Vat. tom 22 fol 134.

Darnach Berger Reg Inn. IV nr. 5587. Bernoulli Acta pont Helv. I nr. 576. Furstenberg. UB VII, 407 nr. 251.

171. *Pabst Innocenz IV bestätigt dem Straßburger Domprobst Walther von Geroldseck den Schiedspruch des päbstlichen Caplans Andreas in dem Streit mit dem päbstlichen Caplan und Straßburger Canonicus Gebhard um die Straßburger Domprobstei. 1252 Mai 11 Perugia.*

Gualtero de Gerolseke preposito ecclesie Argentinensis. ea, que judicio etc. usque communiri. sane tua petitio nobis exhibita continebat, quod, cum in causa, que inter te ac Geberardum capellanum nostrum canonicum Argentinensem super eo vertebatur, quod idem capellanus asserebat, preposituram Argentinensis ecclesie auctoritate nostra sibi canonice fuisse collatam et te impedire temere, ne dictus capellanus possessionem ipsius prepositure pacificam adipisci posset, dilectum filium J[ohannem] sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconum cardinalem primo, ac eo se ad partes alias transferente, Andream nepotem et capellanum nostrum dederimus partibus auditores, idem Andreas coguitis ipsius cause meritis et juris ordine observato nobis fideliter recitatis, presentibus procuratoribus partium, de mandato nostro te duxit ab impetitione ipsius Gebehardi per diffinitivam sententiam absolvendum, prout in litteris inde confectis sigillatis sigillo ipsius Andree capellani plenius continetur. nos itaque tuis supplicationibus inclinati sententiam ipsam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est: In Christi nomine amen. anno ejusdem 1252, indictione 10, quarto die intrantis maji coram *1252 Mai 4* testibus infra scriptis. olim inter dominum Gebehardum domini pape capellanum ex una parte et dominum Gualterum Argentinensem canonicum dictum de Gerelseke ex altera super prepositura Argentinensi questione suborta, idem dominus Gebehardus obtinuit citari predictum dominum Gualterum ad sedem apostolicam pro causa eadem. quibus partibus dominus papa venerabilem patrem dominum J[ohannem] sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconum cardinalem concessit specialiter auditorem. coram quo a Conrado, clerico et procuratore predicti domini Gebeardi, libellus porrectus extitit in hunc modum: coram vobis, venerande pater ac domine, J[ohanne] sancti Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali, partibus auditore concesso proponit Corradus clericus et procurator domini Gebehardi, domini pape capellani et Argentinensis prepositi, contra dominum Gualterum canonicum Argentinensem dictum de Gerolseke, quod, cum . . abbas sancti Truperti in uigra silva Constantiensis diocesis auctoritate apostolica preposituram Argentinensem predictam eidem Gebehardo canonice contulisset et eum in sedem prepositi installasset, dictus Gualterus, cum nullum jus habeat

in prepositura eadem, asserens sibi eandem collatam, memorato Gebehardo temere se opponit ac ipsum impedit et molestat super ipsa prepositura non permittens, ipsum possessionem ipsius pacificam adipisci, propter que jam dictus Gebehardus incurrit dampna gravia et expensas. quare predictus *Corradus* petit nomine ipsius Gebehardi collationem de memorata prepositura Argentinensi eidem factam per abbatem prefatum per vos auctoritate apostolica confirmari et eidem *Gualtero* super ipsa prepositura perpetuum silentium imponi, cum nullum jus habeat in eadem. petit etiam per vos sententialiter injungi sepedicto Gualtero, quod memoratum Gebehardum non impediat nec perturbet, quominus adipiscatur prepositure ejusdem possessionem pacificam. petit etiam dampna et interesse et expensas, que et quas incurrit occasione molestationis hujusmodi, que extimat centum marcas, petit etiam expensas factas et protestatur faciendas salvo jure etc. super predicto libello coram eodem domino J[ohanne] lite legitime contestata, factis positionibus hinc et inde et responsionibus ad easdem ac aliis rite peractis et tandem eodem domino J[ohanne] se ad partes alias transferente, dominus papa nobis Andree capellano et nepoti suo causam ipsam commisit fine debito terminandam. super qua visis rationibus necnon confessionibus et allegationibus utriusque partis auditis, relatione diligenti domino pape facta, de ipsius domini speciali mandato predictum Gualterum Argentinensem canonicum et Henricum ac Jacobum, procuratores ejus ipsius nomine presentes, ab impetitione dicti Gebehardi et predicti Corradi procuratoris ejusdem presentis ejus nomine per diffinitivam sententiam in scriptis absolvimus justitia mediante. in cujus rei testimonium scriptum presens jussimus sigilli nostri munimine roborari. actum Perusii in camera predicti domini Andree, pontificatus domini Innocentii pape quarti anno nono, presentibus magistro Bernardo Ispano domini pape capellano, magistro Angelo advocato, magistro Gregorio capellano domini Guillelmi sancti Eustachii diaconi cardinalis, magistro Arditone capellano domini Octoboni sancti Adriani diaconi cardinalis et magistro Pancratino de Regio testibus. ego Gaudulfus imperiali auctoritate notarius predictis interfui, ut supra legitur. omnia de mandato prefati domini Andree scripsi et in publicam formam redegi. nulli ergo etc. nostre confirmationis etc. datum Perusii 5 idus maji anno nono.[1]

V aus Reg. Vat tom. 22 fol. 161v.

Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 5734. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 756. Fürstenberg. UB. VII, 408 nr. 252.

---

[1] *Unter dem gleichen Datum unmittelbar anschließend, mit nahezu gleichem Wortlaut trägt Pabst Innocenz IV dem Prior von Lixheim* (Lukesheim ordinis s. Benedicti) *in der Metzer Diöcese auf, den Straßburger Domprobst Walther von Geroldseck gegen alle Angriffe auf jenen Schiedsspruch zu schirmen. Berger Reg. Inn. IV nr. 5735.*

172. *Pabst Innocenz IV gewährt dem Straßburger Scholasticus Konrad, daß seinem Rechtsanspruch auf die Straßburger Domprobstei durch den Entscheid zwischen Walther von Geroldseck und Gebhard von Freiburg kein Nachtheil erwachse. 1252 Juli 24 Perugia.*

Conrado scolastico Argentinensi. ex parte tua fuit propositum coram nobis, quod, cum olim pro te ac quibusdam aliis clericis super conferenda cuilibet[a] vestrum prepositura sive personatu vel alia ecclesiastica dignitate in partibus Alamanie sub diversis formis ad diversos executores direxerimus scripta nostra, tandem ecclesie Argentinensis prepositura vacante singuli vestrum per deputatos sibi executores preposituram eandem sibi fecere conferri. verum Gebehardus frater nobilium virorum comitum de Friburch, capellanus noster, preposituram ipsam taliter sibi collatam credens se fuisse canonice assecutum ac asserens, Waltherum de Geroltseke canonicum Argentinensem, cui prepositura ipsa collata extitit, se non permittere ipsius prepositure pacifica possessione gaudere, ipsum ad nostram obtinuit presentiam evocari. sed quia idem *Waltherus* ab impetitione ipsius *Gebehardi* fuit auctoritate nostra per dilectum filium Andream nepotem et capellanum nostrum exigente justitia sententialiter absolutus[1] et ob hoc ipse pro preposito Argentinensi se gerens asserit, eandem preposituram canonice se adeptum, tu occasione hujusmodi metuens juri, quod in eadem prepositura te credis habere, cum de ipso discussum non fuerit, prejudicium generari, petiisti tibi super hoc a nobis paterno remedio precaveri. licet igitur res inter alios acta alii regulariter non prejudicet, tuis tamen precibus inclinati, quod per processum inter predictos *Gebehardum* et *Waltherum* habitos et sententiam promulgatam seu confirmationem apostolicam, ut dicitur, subsecutam, sive quod jus tuum super hoc hactenus prosequi distulisti, nullum tibi in jure, si quod in eadem prepositura obtines, prejudicium generetur, auctoritate tibi presentium indulgemus.[2] nulli ergo nostre concessionis etc. datum Perusii 9 kalendas augusti anno decimo.

V aus Reg. Vat. tom. 22 fol. 206.
Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 5968.

173. Innocentius IV papa Gebehardo de Friburch capellano suo, propter multitudinem beneficiorum que obtinet, intelligenti se ad obtinendam quamlibet dignitatem ecclesiasticam inhabilem reputari, ac parato aliqua de obtentis beneficiis resignare indulget, ut quatuor de predictis beneficiis, que maluerit resignatis, reliqua licite valeat retinere nec ad obtinendam quamcunque dignitatem ecclesiasticam epis-

a) *V rep.* cuilibet.

[1] *Vergl. nr. 171.*

[2] *Unterm 21ten August des Jahrs 1252 überträgt Pabst Innocenz IV dem Cardinallegaten Hugo die definitive Besetzung der Domprobstei. Reg Vat. tom. 22 fol 203. Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 5928. Vergl. Potthast nr. 14692 und UB. I, 283 Anm. 1.*

copulem vel aliam per exceptionem de beneficiorum pluralitate possit impediri. «petitio tua nobis.» datum Perusii 12 kalendas octobris anno decimo. *1252 September 20 Perugia.*

V aus Reg. Vat tom 22 fol. 207
Darnach Berger Reg. Inn IV nr 5983. Bernoulli Acta pont. Helv I nr 757. Fürstenberg. UB. VII, 408 nr. 253.

174. *Heinrich von Pingria, der Sohn Gerhards von Ravensburg, verkauft alle seine im Bann von Schiltigheim gelegenen Güter dem Straßburger Bürger Erbo, Richters Sohn. 1252 November 25.*

Notum sit omnibus presens scriptum inspecturis, Heinricum de Pingria,[1] filium domini Gerhardi de Ravensburc, omnia bona sua tam propria quam hereditaria in banno Scilteucheim[a] apud Argentinam sita domino Erboni filio judicis civi Argentinensi pleno jure vendidisse perpetuo sibi et successoribus suis possidenda, videlicet dimidia bona, que pater ejus et mater sua in banno Schiltencheim habuerunt. in cujus rei memoriam et stabilitatem presens exinde pagina est conscripta et sigillis civitatis Argentinensis et predicti Heinrici de Pingria in testimonium communita.
acta sunt hec festo sancte Katherine anno domini 1252, presentibus hiis testibus videlicet Willehelmo Bagario vicedomino et magistro civium Argentinensium, Alberto Bagario albo, Eberhardo buregravio, Burcardo Murhardo, Gozperto ministro fratrum, Gozelino filiastro Vitule, Johanne Vitulo, Burcardo Dispensatore, Reimboldo Stiubenwec, Cûnrado quondam judice, Gozzone et Reimboldo filiis Nicolai, Reimboldelino.

B aus Straßb. Bez.-A. Verirrte Sachen *or. mb. c. 1 sig pend. mutil. 1 delapso.*

175. *Pabst Innocenz IV gibt dem Straßburger Domprobst Walther Zusicherungen betreffend seine Versorgung mit drei Pfründen. 1253 Februar 13 Perugia.*

Waltero preposito ecclesie Argentinensis, nato nobilis viri Walteri domini de Geroltseke. sicut tua petitio nobis exhibita continebat, de prelaturis dignitatibus et beneficiis ecclesiasticis in diversis dioecesibus per nostras litteras diversis temporibus tibi mandavimus provideri. verum quia tempore impetrationis litterarum ipsarum tria beneficia curam animarum habentia obtinebas, super quibus est tecum auctoritate sedis apostolice dispensatum, de quibus in eisdem litteris non habetur mentio specialis, quamquam in eis illa clausula sit inserta, videlicet non obstante, quod alias beneficiatus existis, dubitas, ne occasione hujusmodi tua possit provisio retardari. nos itaque tuis supplicationibus inclinati auctoritate tibi presentium indulgemus,

a) *Im ersten c des Namens ein senkrechter Strich.*

[1] *In Ravensburg gab es nach einer gütigen Mittheilung des Herrn Archivraths Dr. Baumann zu Donaueschingen eine Familie von Paigern*

ut per hoc super provisione hujusmodi non possit tibi aliquod generari prejudicium vel obstaculum interponi. nulli ergo nostre concessionis etc. datum Perusii idibus februarii anno decimo.

V aus Reg. Vat. tom. 22 fol. 241.

176. *Pabst Innocenz IV gewährt dem Straßburger Domprobst Walther, daß kein Delegirter des apostolischen Stuhls eine Strafsentenz gegen ihn veröffentlichen dürfe ohne einen besondern Auftrag eben dieses Stuhls, der diese Indulgenz ausdrücklich erwähne. 1253 Februar 17 Perugia.*

Waltero preposito ecclesie Argentinensis, nato nobilis viri Walteri domini de Geroleseke. tuis inclinati precibus auctoritate tibi presentium indulgemus, ut nullus delegatus vel subdelegatus ab eo executor seu etiam conservator a sede apostolica deputatus possit in personam tuam excommunicationis suspensionis vel interdicti sententiam promulgare absque speciali mandato sedis ejusdem faciente plenam et expressam ac de verbo ad verbum etc. usque mentionem, presentibus post quinquennium minime valituris. nulli ergo nostre concessionis etc. datum Perusii 13 kalendas martii anno decimo.

V aus Reg. Vat. tom. 22 fol. 211.

177. *Pabst Innocenz IV beauftragt seinen Caplan, Heinrich von Finstingen, Cantor von Verdun, dem Straßburger Canonicus Konrad von Lichtenberg alle dessen verstorbenem Bruder Simon bewilligten päbstlichen Provisionen zuzuwenden. 1253 März 25 Perugia.*

Henrico de Vinstingen, cantori Virdunensi, capellano nostro. dilectus filius Conradus, canonicus Argentinensis, germanus dilecti filii nobilis viri . . domini de Liehtenberc, advocati Argentinensis devoti nostri, nobis humiliter supplicavit, ut, cum condam Symon frater suus Argentinensis canonicus super provisionibus suis de beneficiis ecclesiasticis cum cura vel sine cura, prelaturis et personatibus nonnullas a nobis gratias concessiones et executorias litteras impetrarit ac idem Symon, hujusmodi provisionibus nondum executioni mandatis, licet in aliquibus ecclesiis in canonicum auctoritate litterarum ipsarum receptus fuerit, viam sit universe carnis ingressus, aperire sibi ob devotionem, quam consanguinei sui ad Romanam habent ecclesiam, apostolice provisionis dexteram de speciali gratia curaremus. ipsius igitur et dilecti filii nostri H[ugonis] tituli sancte Sabine presbyteri cardinalis, apostolice sedis legati, et . . electi Spirensis nobis per suas litteras humiliter supplicantium pro eodem precibus inclinati, volentes gratias et indulgentias dicto Symoni ab apostolica sede concessas in personam ipsius Conradi transferre mandamus, quatinus ad provisionem ipsius per te vel per alium procedas juxta nostrarum obtentarum ab eodem Symone fratre suo continentiam litterarum. et quia dictus Symon in ali-

quibus ecclesiis receptus extitit in canonicum et in fratrem, prout superius est expressum, volumus, quod canonicatus vel canonias, quas prefatus *Symon* jam obtinuerat, memorato *Conrado* auctoritate nostra conferas et assignes sibi de prebendis, que dicto *Symoni* si viveret deberentur, quam cito ad id se facultas obtulerit, provisurus, non obstantibus statutis ipsarum ecclesiarum de certo canonicorum numero juramento confirmatione sedis apostolice seu quacumque alia firmitate roborato, seu si inibi de mandato nostro vel legatorum sedis apostolice aliquibus sit provisum, vel si prelatis et canonicis earundem ecclesiarum a predicta sede vel legatis ipsius indultum existat, quod ad receptionem vel provisionem alicujus compelli per litteras nostras seu legatorum ipsorum speciales vel generales nequeant, nisi in eis dicti prelati executores fuerint deputati, aut quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per hujusmodi litteras plenam vel expressam aut de verbo ad verbum non facientes de hoc indulto ac de ipsis ecclesiis necnon numero receptorum in ipsis tam nostra quam legatorum nostrorum auctoritate et ipsorum nominibus mentionem, vel si alias scripsimus pro eodem, vel quod alias beneficiatus et minoris etatis existit, aut quod non est in sacris ordinibus constitutus, dummodo ad illos se promoveri faciat, cum fuerit oportunum, et quacunque alia predicte sedis indulgentia generaliter vel specialiter quibuscunque personis seu locis sub quacunque forma verborum concessa, per quam in nostris litteris non expressam vel totaliter non insertam effectus nostre gratie circa illum impediri posset quomodolibet vel differri. contradictores etc. datum Perusii 8 kalendas aprilis anno decimo.

V aus Reg. Vat. tom. 22 fol. 298.

178. Fridericus sacerdos vicarius in Rumolzwilre Argentinensis diocesis fratribus hospitalis in Steiga ejusdem diocesis bona in bannis Sinecrist et Rumolzwilre et in Maurimonasterio extra muros civitatis ejusdem sita confert. B[ertholdus] decanus, H[einricus] cantor et H[einricus] de Ohsinstein archidiaconus Argentinenses ad peticionem illius et predictorum fratrum sigilla appenduut. acta sunt hec Argentine anno domini 1253 nonis aprilis. *1253 April 5 Straßburg.*

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 5772 *or. mb. c. 2 sig. mutil. pend. 1 delaps.*

179. *Pabst Innocenz IV beauftragt seinen Caplan Heinrich von Finstingen, Cantor von Verdun, den Straßburger Canonicus Konrad von Lichtenberg in dem auf ihn übergegangenen Anspruch seines verstorbenen Bruders Simon auf die Probstei von Surburg zu unterstützen. 1253 April 7 Perugia.*

Eidem.[1] pro parte dilecti filii Conradi canonici Argentinensis, germani nobilis viri . . domini de Liehtenberc, advocati Argentinensis devoti nostri, fuit propositum coram nobis, quod, cum nos olim super provisione condam Symonis fratris sui Ar-

[1] *Vergl. nr. 177.*

gentinensis canonici de aliqua prelatura vel dignitate primo tunc in Argentinensi civitate vel diocesi vacatura ad certum executorem sub certa forma direxerimus scripta nostra, tandem vacante prepositura ecclesie Surburgensis Argentinensis diocesis, que de jure eidem Symoni debebatur, Anselmus de Flekestein, capellanus noster, prepositurum ipsam auctoritate quarundam litterarum a sede apostolica, ignorantibus nobis, quod pater et frater ipsius *Anselmi* potenter et patenter opponerent negocio generalis ecclesie, postmodum obtentarum conferri sibi in ipsius *Symonis* prejudicium procuravit. sed carissimo in Christo filio nostro Willelmo Romanorum rege illustri ac venerabili fratre nostro . . archiepiscopo Maguntino tunc electo intimantibus nobis, quod dicti pater et fratres ipsius *Anselmi* C[onrado] nato condam Fr[iderici] Romanorum imperatoris ejusque fautoribus adherebant, quodque castra et munitiones imperii occuparant ac detinebant etiam occupata, nos venerabili fratri nostro . . Metensi episcopo nostris injunximus litteris,[1] ut predictos patrem et fratres monere ac efficaciter inducere procuraret, quod infra certum temporis spatium in eisdem expressum litteris post ipsius monitionem ad devotionem ecclesie redeuntes castra et munitiones ipsa regi restituerent memorato; alioquin prefatum *Anselmum* de consilio dilecti filii nostri H[ugonis] tituli sancte Sabine presbyteri cardinalis, apostolice sedis legati, a prepositura eadem amovens illam dicto *Symoni* auctoritate nostra conferre et assignare studeret. contradictores. cumque idem episcopus in negotio hujusmodi procedere incepisset, dictus Symon diem clausit extremum. nos vero postmodum ad dicti cardinalis et . . electi Spirensis necnon et nobilium de Suevia nobis pro eodem *Conrado* supplicantium instantiam omnes gratias super ipsius *Symonis* provisione obtentas a nobis in ipsum Couradum duximus transferendas. ideoque mandamus, quatinus in eodem negocio pro ipso *Conrado* procedas juxta predictarum nostrarum directarum ad eundem Metensem episcopum pro eodem Symone continentiam litterarum. datum Perusii 7 idus aprilis anno decimo.

V aus Reg. Vat. tom. 22 fol. 298.

180. Innocentius IV papa . . episcopo Argentinensi mandat Volemaro canonico ecclesie sancti Adelfi Novillarensis. nato nobilis viri Eberardi de Hittendorf, consanguinei et socii nobilis viri domini de Lichtenber[c] advocati Argentinensis, ob devotionem, quam idem *Eberardus* ad papam et Romanam habet ecclesiam, gratiam facturus specialem, quatinus dispenset, quod preter beneficium cum cura, quod ad presens obtinere dicitur, alia beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura licite recipere possit, constitutione generalis concilii et quod idem canonicus minoris etatis existit, nequaquam obstante. «volentes dilecto filio.» datum Perusii 6 idus aprilis anno decimo. *1253 April 8 Perugia.*

V aus Reg. Vat. tom. 22 fol. 272v.

[1] *Vergl. nr. 168.*

181. Innocentius IV papa Conrado canonico Argentinensi, germano nobilis viri domini de Liethimberch advocati Argentinensis concedit, ut, cum omnes gratias et indulgentias quondam Symoni fratri suo super provisione de prelaturis, dignitatibus et beneficiis ecclesiasticis ab apostolica sede concessas in personam suam transferendas duxerit,[1] si aliqua de hujusmodi prelaturis etc. curam habeant animarum annexam, nichilominus de illis possit libere provideri. «cum sicut nobis.» datum Asisii 2 kalendas maji anno decimo. *1253 April 30 Assisi.*

V aus Reg Vat. tom. 22 fol. 298.

182. Waltherus sancti Thome Argentinensis civitatis et Henricus Haselacensis ecclesiarum scolastici, judices ab H[einrico] episcopo Argentinensi constituti, habito jurisperitorum consilio, abbatem et conventum Novillarensem ab impeticione Conradi de Talmezingen canonici Argentinensis, rectoris ecclesie in Buswilre, super decimis agrorum et novalium in terminis parrochie dicte ecclesie sitorum et super oblacionibus capelle in Ütheuwilre ad dictam ecclesiam spectantis absolvunt. «lata est sententia scripto presenti anno domini 1253, tercia feria proxima post inventionem sancte crucis, in curia domini officialis Argentinensis, in presentia A[lberti] de Talmezingen et *Conradi* fratris sui rectoris ecclesie de Buswilre canonicorum Argentinensium, magistri Gervalei canonici ecclesie sancti Petri Argentinensis, et aliorum quam plurium.» *1253 Mai 6 Straßburg im Hof des Offizials.*

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 5127 or. mb. c 5 sig pend.

183. Innocentius IV papa H[ugoni] tituli sancte Sabine presbitero cardinali apostolice sedis legato mandat, quatinus per se vel per alium cum Frederico scolari germani filii nobilis viri Henrici domini de Lichtenbere advocati Argentinensis, postquam fuerit clericali caractere insignitus, dispenset, quod pluria ecclesiastica beneficia cum cura vel sine cura licite recipere valeat, constitutione generalis concilii et quod idem minoris ut dicitur est etatis, nequaquam obstantibus. «ad faciendam gratiam.» datum Asisii 2 nonas junii anno decimo. *1253 Juni 4 Assisi.*

V aus Reg. Vat. tom. 22 fol 277.

184. Innocentius IV papa Waltero preposito ecclesie Argentinensis nato nobilis viri domini de Gerolseke indulget, ut circa prelaturas et alia ecclesiastica beneficia curam animarum annexam habentia obtenta vel etiam obtinenda defectus sacrorum ordinum ei non obsistant, dummodo congruo tempore se faciat ad hujusmodi ordines promoveri. «devotionis tue merita.» datum Asisii nonis junii anno decimo. *1253 Juni 5 Assisi.*

V aus Reg. Vat. tom. 22 fol. 275.

[1] *Vergl. nr. 177.*

185. *Der Cardinallegat Hugo gibt dem Bischof von Straßburg Vollmacht, das Straßburger Domcapitel von einem gegen den Probst des St. Petersstiftes und dessen Verwandte geschworenen Eide zu lösen. 1253 Juli 2 Trier.*

Venerabili in Christo patri dei gratia episcopo Argentinensi frater Hugo miseratione divina tituli sancte Sabine prespiter cardinalis apostolice sedis legatus salutem et sinceram in domino caritatem. exhibita nobis dilectorum in Christo decani et capituli ecclesie Argentinensis petitio continebat, quod, cum prepositus ecclesie sancti Petri in Argentina[a] olim super obtinendo prebendali beneficio et jure canonie in Argentinensi ecclesia contra ipsius ecclesie libertatem et antiquam consuetudinem litteras apostolicas impetrasset, prefati decanus et capitulum se memorato preposito non absque dampnis et expensis gravibus opponentes in ipsius offensam noleotis ab inquietatione eorum desistere, tactis sacrosanctis evangeliis juraverunt, quod oullum ex dicti prepositi fratribus sive consanguineis clericis aut laicis usque in quartam generationem ad aliquod beneficium quibuscunque personis assignari consuetum admitterent seu consentirent in ipsum nec eum de cetero aliquatenus promoverent. verum cum juramentum hujusmodi non solum temerarium sed iniquum fuerit eo, quod circa hoc periculum imminet animarum, supplicaverunt humiliter, ut sibi providere super hiis de benignitate solita curaremus. de vestra igitur circumspectione plenam in domino fiduciam obtinentes paternitati vestre qua fungimur auctoritate committimus, quateous super relaxatione juramenti predicti agatis cum sepedictis decano et capitulo, prout secundum deum animarum suarum saluti[b] noveritis expedire.[1] datum Treveris 6 nonas julii, pontificatus domini Inocentii pape quarti anno uodecimo.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 3466 *Copialbuch des Domcapitels fol 124 von einer Hand des 17ten Jahrh. geschrieben.*

186. Innocentius IV papa universis Christi fidelibus per Manguntinam et Treverensem provincias constitutis. cum, sicut . . episcopus et . . decanus et capitulum Argentinenses sua petitionem onstrarunt, ad complendam fabricam Argentinensis ecclesie quamplurimum sumptuosam fidelium subsidiis indigeant adjuvari, omnibus, qui eis ad hoc manum porrexerint adjutricem, unum annum et XL dies relaxat, presentibus post consumationem ipsius operis mioime valituris.[2] «quoniam ut ait.» datum Asisii 8 idus julii anno undecimo. *1253 Juli 8 Assisi.*

V aus Reg. Vat. tom. 23 fol. 23c.
Darnach Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 596.

a) *B* Argentinensis. b) *B* salutem.

[1] *Auf Grund dieser Vollmacht löst Bischof Heinrich das Domcapitel von dem Eide, 1253 August 8 Straßburg. S. die betreffende Urkunde i. Straßb. Bez.-A.* G nr. 3466 *fol. 126c.*

[2] *Vergl. UB. I, 285 nr. 374.*

187. Innocentius IV papa . . episcopo Argentinensi mandat, quatinus Conradum subdiaconum nullum beneficium ecclesiasticum obtinentem, natum nobilis viri Eberardi domini de Landesberc, qui pro defensione ecclesiastice libertatis decertans a fautoribus Fr[iderici] sc pro imperatore gerentis captus fuerit et diu carcerali angustia maceratus, in aliqua ecclesiarum sue civitatis vel diocesis ad quoscunque spectantium recipi faciat in canonicum et in fratrem ac ei provideat de prebenda.[1] «grata devotorum obsequia.» datum Asisii 8 kaleudas augusti anno undecimo. *1253 Juli 25 Assisi.*

V aus Reg. Vat. tom. 23 fol. 118.

188. Innocentius IV papa Henrigo episcopo Argentinensi, cui pro exoneratione debitorum, que contraxerat pro prosecutione negocii ecclesie generalis, duxerat concedendum, ut posset per biennium percipere proventus prelaturarum et beneficiorum in civitate ac diocesi Argentinensi vacaturorum usque ad certum tempus, indulget, ut finito tempore in litteris pape comprehenso possit percipere proventus primi anni prelaturarum et beneficiorum vacaturorum infra biennium in eisdem civitate ac diocesi convertendos in solutione debitorum, proviso quod in prelaturis et beneficiis hujusmodi interim per ydoneos vicarios serviatur, nolens autem, quod ad monasteria concessio hujusmodi extendatur. «sicut petitio tua.» datum Asisii 3 idus augusti anno undecimo. *1253 August 11 Assisi.*

V aus Reg. Vat. tom. 23 fol. 9ᵉ.

189. Innocentius IV papa Conrado canonico Argentinensi, fratri nobilis viri domini de Liethemberch advocati Argentinensis indulget, ut unicum beneficium et unam dignitatem ecclesiasticam, etiamsi curam habeant animarum annexam, licite retinere, si ei in regno Alamanie canonice offerantur, et cum uno beneficio scilicet curam habente, quod jam obtinet, libere retinere valeat, non obstantibus constitutione concilii generalis et quod patiatur in etate defectum, cum dicatur annum tercium decimum attigisse, quodque non sit in sacris ordinibus constitutus. «apostolice sedis benignitas.» datum Asisii 15 kalendas septembris anno undecimo. *1253 August 18 Assisi.*

V aus Reg. Vat. tom. 23 fol. 16ᵉ.

190. Innocentius IV papa . . episcopo Argentinensi, cum nobilis vir Eberhardus dominus de Landesberc pro defensione ecclesiastice libertatis decertans ab ecclesie indevotis fautoribus quondam Fr[iderici] se pro imperatore gerentis captus fuerit et

[1] Innocentius eidem mandat, quatinus eundem Conradum subdiaconum de aliqua beneficio ecclesiastico, etiamsi curam habeat animarum, ad presentationem seu collationem abbatisse et conventus de Andelahe ordinis sancti Benedicti spectante ac solito clericis secularibus assignari, quod idem Conradus duxerit acceptandum, procuret provideri. datum ut supra. *Ebenda.*

diu carcerali angustia maceratus alia dampna gravia passus, mandat, quatinus Lemprido clerico nato ejus de aliquo beneficio ecclesiastico competenti ad collationem abbatisse ac conventus de Hohemburc ordinis sancti Augustini spectante ac solito clericis secularibus assignari, quod idem *Lempridus* duxerit acceptandum, etiamsi curam habeat animarum, procuret provideri. «grata devotorum obsequia.» datum Asisii 14 kalendas septembris anno undecimo. *1253 August 19 Assisi.*

V aus Reg. Vat. tom. 23 fol. 113c.

191. Innocentius IV papa . . episcopo Argentineusi, L[udovicum] comitem de Vroburc Basiliensis diocesis ecclesie Romane devotum volens in Eglolfo clerico nato nobilis viri Guniterii domini de Landesberc, pro quo idem comes per litteras attentius supplicavit, prosequi gratiose, mandat, quatinus eidem clerico in sua civitate vel diocesi de aliquo personatu vel dignitate seu beneficio prebendali vel alio, ad cujuscunque collationem pertineat, etiamsi curam habeat animarum, procuret provideri, exnunc ipsum in ecclesia, in qua ei de beneficio providendum decreverit, si collegiata fuerit, in canonicum recipi faciens. «grata devotorum obsequia.» datum Asisii 2 nonas septembris anno undecimo. *1253 September 4 Assisi.*

V aus Reg. Vat. tom. 23 fol. 118.
Darnach Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 601.

192. *Der Straßburger Archidiakon Konrad von Wolfach trifft Verfügung über den Unterhalt eines Priesters in der Capelle seines Hofes und über die Verwendung gewißer Gutseinkünfte. 1253 November.*

Noverint universi, quod nos C[onradus] de Wolva archidiaconus Argentinensis, de consensu domini nostri H[einrici] dei gratia Argentinensis episcopi totiusque[a] capituli nostri consensu plenius accedente, statuimus ac ordinamus, quod omnes possessiones site in banuo Suvelwihersheim, feodo nostro claustrali quondam Beinheim attinentes, ad capellam curie nostre, quam nunc possidemus apud Argentinam, cum quibusdam censibus ad predictum feodum Beinheim pertinentibus, quos nunc Volcmarus miles de Eusheim pro tempore vite sue possidet, de cetero post mortem nostram in recompensationem jurispatronatus ecclesie de Beinheim cedant ac pertineant, ita tamen, quod dominus curie predicte, qui pro tempore fuerit, jamdictam capellam sacerdoti conferat et assignet, idemque sacerdos de eisdem redditibus ac aliis nunc dicte capelle attinentibus in choro nostro frequenter deo famuletur secundum consuetudinem aliorum ejusdem chori vicariorum. nos et capitulum statuimus, ut predictus sacerdos recipiat portionem in refectorio ad cenam, dictus etiam[b] capellanus per totum annum singulis noctibus capelle lumen amministret, domino etiam[c] curie sacerdotem, cui capellam assignaverit, nec ex justa et rationabili causa non liceat amovere seu mutare nec redditus predictos sibi aliquatenus usurpare, de predictis etiam[d] redditibus

a) *B* totique. b) *B* et. c) *B* et. d) *B* et.

in Suvelwihersheim pistori ecclesie nostre 18 quartalia manzelkornes assignentur, ut idem capellanus singulis diebus apud pistrinum sigulum unum et cuneum recipiat et decanus per subtractionem dicti panis ipsum ad frequentandum chorum compellat. item statuimus, quod quicunque feodum nostrum claustrale in Truchtersheim pro sepefato feodo Beinheim permutatum[1] de cetero habuerit vel possederit, 9 agri ac unum pratum in banno Barre situm ad prenominatum feodum Beinheim quondam pertinentes eidem cedant, et 20 solidos annuatim, prout consuetum est, de dicto feodo Truchtersheim ecclesie nostre amministret. ego vero E[berhardus de Sulce, quia dictum feodum Truchtersheim ac etiam alii redditus prenominati mihi secundum consuetudinem ecclesie nostre sunt a predicto C[onrado] archidiacono legati, huic ordinationi consentio et in testimonium hujus predictis litteris sigillum meum appendo. ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, presens cedula sigillo domini nostri episcopi et capituli sigillo, nostro videlicet et E[herhardi] de Sulce est communita. actum anno domini 1253, mense novembri.

B aus Straßb. Bez.-A. G 3465 Copialbuch des Domcapitels fol. 55v in der Schrift des 17ten Jahrh.

193. Innocentius IV papa Il[ugoni] tituli sancte Sabine presbitero cardinali. cum Waltero preposito Argentinensis ecclesie, nato nobilis viri Walteri domini de Gerolseke, dispensatum est, ut preter tres ecclesias curam animarum habentes, quas tunc se obtinere dicebat, posset duas dignitates vel prelaturas ecclesiasticas obtinere. quia vero . . episcopus Argentinensis per litteras suas exposuit, quod idem nobilis in servitio ecclesie propriis sumptibus sibi astitisset diligenter, papa illi committit, quatinus cum eodem preposito dispenset, ut preter premissa et ecclesiam de Zunswilre Argentinensis dioecesis cum cura animarum, quam se proponit postmodum assecutum, unicum aliud beneficium ecclesiasticum etiam cum simili cura, si sibi canonice in regno Alamanie offeratur, licite possit recipere et retinere, non obstantibus constitutione generalis concilii et defectu etatis, quem pati dicitur, cum jam vicesimum tercium annum attingere dinoscatur. «cum dilecto filio.» datum Laterani 3 idus decembris anno undecimo. *1253 December 11 Rom Lateran.*

V aus Reg. Vat. tom. 23 fol. 99v.
Darnach Ripoll Bullar. ord. prædicat. VII, 32 nr 379. Potthast nr 15176. Vergl. UB. I, 283 Anm. 3.

194. Innocentius IV papa . . episcopo Argentinensi, cum nobilis vir Il[einricus] dominus de Liehtenberc advocatus Argentinensis pro Nicolao de Novocastro canonico Metensi per suas litteras supplicarit, committit, ut cum ipso canonico dispenset, quod preter ecclesiastica beneficia, que obtinet, curam animarum habentia possit unicum aliud, etiamsi curam habeat, si eidem in regno Alamannie canonice offeratur,

[1] *Vergl. UB. I, 257 Anm. 2.*

recipere libere et retinere valeat. «cum dilectus filius.» datum Laterani 8 kalendas martii anno undecimo.[1] *1254 Februar 22 Rom Lateran.*

V aus Reg. Vat. tom. 23 fol. 60ᵛ.

195. *Pabst Innocenz IV gewährt dem Straßburger Domcapitel die freie Bischofswahl. 1254 März 13 Rom Lateran.*

. . Preposito . . decano et capitulo Argentinensibus. argenti nitor seu splendor auri majorem delectationem humano visui non producit, quam cordi nostro proveniat de illis preclaris meritis, quibus vos una cum venerabile fratre uostro . . episcopo ac dilectis filiis populo Argentinensi apud deum et sedem apostolicam per longa tempora splenduistis, puritatem fidei et constantie firmitatem ita viriliter et triumphaliter inimicis ecclesie stupentibus observantes, quod rerum et personarum subjacere dispendiis quasi pro nichilo reputastis. cum itaque pro hujusmodi meritorum excellentia deceat vobis compensari premia gratiosa, nos ejusdem episcopi et vestris supplicationibus annuentes, devotioni vestre presentium auctoritate concedimus, ut, eum ecclesiam vestram pastore vacare contingerit, de persona idonea et devota sedi apostolice, que tanto congruat oneri et honori, per electionem seu postulationem canonicam vobis providere possitis, non obstantibus aliquibus litteris a sede apostolica et legatis ejus sub quacunque forma vel expressione verborum impetratis ac etiam impetrandis aut quibuscumque inhibitionibus vel acceptationibus aut reservationibus auctoritate ipsarum generaliter vel specialiter factis ac faciendis, etiamsi contineatur in eisdem apostolicis litteris, quod ipsarum impetratoribus alique dicte sedis indulgentie seu littere, per quas capitulis ecclesiarum cathedralium libera facultas eligendi episcopum reservetur, vel quecunque alie non obsistant, nisi de vestra ecclesia et numero canonicorum in ipsa statuto ac nominibus eorum et de toto tenore presentis indulgentie de verbo ad verbum in predictis apostolicis litteris impetrandis plenaria mentio habeatur. nos enim nichilominus exnunc irritum decernimus et inane, si secus super premissis contingat ab aliquo attemptari. nulli etc. nostre concessionis et constitutionis etc. datum Laterani 3 idus martii anno undecimo.

V aus Reg. Vat. tom. 23 fol. 70ᵦ. Hinzugefügt ist folgender Vermerk: datus est eis conservator . . prior de Lukesheim ordinis sancti Benedicti Metensis diocesis, non obstante, si aliquibus a sede apostolica sit indultum, quod suspendi vel interdici aut excommunicari non possint per litteras apostolicas, que de nominibus et de dignitatibus earum et indulto hujusmodi sibi concesso plenam et expressam seu de verbo ad verbum non fecerint mentionem. datum ut supra.

---

[1] *In einer Bulle Innocenz IV von 1254 Februar 11 an Heinrich von Finstingen, den Cantor der Kirche von Verdun, das Dekanat der Metzer Kirche betreffend, werden als* conservatores *bezeichnet:* Thome Argentinensis et . . Haselacensis Argentinensis diocesis ecclesiarum scolastici. *Aus Reg. Vat. tom. 23 fol. 109. Ebenso der Scholasticus von S. Thomas allein in einer Bulle von 1254 März 4 an denselben Adressaten die gleiche Angelegenheit betreffend. Aus Reg. Vat. tom. 23 fol. 67ᵛ. Dagegen wird in Bullen von 1254 März 10 und Mai 28 in derselben Sache der* cantor ecclesie s. Petri Argentinensis *als* conservator *bestellt. Aus Reg. Vat. tom. 23 fol. 80 u. 99ᵛ. Erwähnt auch als Siegler wird im gleichen Jahre 1254 in einer Urkunde Bischof Heinrichs von Straßburg* Walterus scolasticus sancti Thome in Argentina. *Or. i. Straßb. Bez.-A.* H fasc. 180. *S. Rappoltstein. UB. I, 88 nr. 87.*

196. Innocentius IV papa . . preposito ecclesie sancti Arbogasti extra muros Argentinenses. Eberhardus Cunradus et Otto de Entrugen canonici Argentinenses monstraruut, quod P[etrus] sancti Georgii ad Velum Aureum diaconus cardinalis primo et postmodum . . Coloniensis archiepiscopus, tunc in partibus Alamannie legationis fungentes officio,[1] in prelatos et clericos, qui aliquos in suis ecclesiis ad vacaturas prebendas proprio motu reciperent, et etiam quamplures executores super quorundam provisionibus ac subdelegati ab eis necnon conservatores a sede apostolica deputati in omnes, qui se illis, quibus deputati erant, opponerent, generaliter diversas interdicti suspensionis et excommunicationis sententias promulgavissent. verum iidem canonici timentes aliquam sententiarum incurrisse supplicarunt, ut providere sibi papa curaret. mandat illi, quatinus recepta ab eisdem canonicis de parendo mandatis ecclesie idonea cautione, ipsos absolvat ab hujusmodi sententiis ad cautelam et dispenset cum eis super irregularitate, si quam contraxerint. «Eberhardus Cunradus et.» datum Laterani 16 kalendas aprilis anno undecimo. *1254 März 17 Rom Lateran.*

V aus Reg Vat. tom. 23 fol. 85.

197. Innocentius IV papa Henrico episcopo Argentinensi. licet pro subventione imperii Romanie, sicut in Lugdunensi concilio statutum fuerat,[2] vicesimam omnium ecclesiasticorum proventuum per certas personas in Maguntina provincia mandaverit colligi et collectam . . Maguntino archiepiscopo ad opus ejusdem imperii integre assignari, collectionem et conservationem predicte vicesime illi duxit in sua civitate ac diocesi committendam mandans, quatinus eandem vicesimam per se et alios diligenter colligens eam conservet in prefati imperii subsidium convertendam. «licet pro subventione.» datum Anagnie 10 kalendas julii anno undecimo. *1254 Juni 22 Anagni.*

V aus Reg. Vat. tom. 23 fol. 146v.
Darnach Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 627.

198. *Pabst Innocenz IV gewährt Egelolf von Landsberg, daß er Pfründen, Würden und Rechte, die seinem Bruder Gunther, als er noch Geistlicher war, zustanden, innehaben solle. 1254 August 23 Anagni.*

Egelolfo clerico,[3] nato nobilis viri Gunteri domini de Landesberc Argentinensis diocesis. exhibita nobis ex parte tua petitio continebat, quod nos olim intellecto,

[1] *Petrus, Cardinaldiacon von S. Giorgio in Velabro, war Legat von 1247 März bis Ende 1248. Vergl. Rodenberg Epist. pont. Rom. II, 224 nr. 301 u. 439 Anm. 1. Bezüglich des Erzbischofs Konrad von Köln vergl. S. 91 Anm 1.*

[2] *Vergl. cap. 14 u. 17 der Constitutionen des Concils von Lyon 1245. S. Potthast S. 996.*

[3] *Wohl derselbe Egelolf von Landsberg, der später in den 60er Jahren als Canonicus und schließlich als Probst des St Petersstiftes zu Straßburg erscheint. Vergl. nr. 191.*

quod nobilis vir B.[a] pater tuus in multa fidelitatis constantia circa promotionem negocii generalis ecclesie se obsequiosum ac gratum exhibens pro redemptione C[onradi] nati ejus et quorundam aliorum suorum militum, qui ab ecclesie persecutoribus in bello capti et per biennium et amplius extiterant carcerali custodie mancipati, coactus fuit solvere non modicam pecunie quantitatem, quodque idem nobilis G[unterum] militem tunc clericum natum ejus, nepotem venerabilis fratris nostri .. Argentinensis episcopi, transferre ad secularis militie cingulum proponebat, ac te germanum ipsius G[unteri] sibi in beneficiis ecclesiasticis, que obtinebat tunc temporis, subrogari, eidem episcopo nostris dedimus litteris in mandatis, ut omnia beneficia dicti G[unteri], etiamsi eorum aliqua curam haberent animarum annexam, necnon canonicatus et jura, que habebat in gratiarum prosecutionibus ei a nobis vel legatis sedis apostolice concessarum, libera eorum ab ipso G[untero] resignatione recepta, tibi auctoritate nostra conferret, inducens te in corporalem vel quasi possessionem eorum et defendens inductum, qui hec postmodum mandati nostri executor diligens adimplevit, ut igitur hujusmodi gratia plenius tibi fructuosa reddatur, nos tuis ejusdem episcopi precibus inclinati auctoritate tibi presentium indulgemus, ut beneficia, etiam curam animarum habentia, canonicatus et jura necnon omnia, que sive per instrumenta sive per litteras dicto G[untero], dum erat clericus, competebant, petere atque recipere ac etiam retinere, dictisque instrumentis et litteris circa premissa libere uti possis. nulli etc. nostre concessionis etc. datum Anagnie 10 kalendas septembris anno duodecimo.

V aus Reg. Vat. tom. 23 fol. 168c. Hinzugefügt ist folgender Vermerk: .. prepositus ecclesie de Ytenwilre Argentinensis diocesis datus est super hoc conservator, non obstante, si aliquibus a sede apostolica sit indultum, quod excommunicari suspendi vel interdici non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. datum ut supra.

199. H[einricus] de Ochsenstein archidiaconus Argentinensis, judex capituli Honougensis ab episcopo Argentinensi deputatus, inter Conradum canonicum procuratorem dicte ecclesie et Nibelungum et Rulinum fratres milites de Brumat super duabus amis nobilis vini, quas iidem fratres de possessionibus in banno Dalheim sitis ante cellarium Honaugense annuatim presentare debent, lite orta, per diffinitivam sententiam pronunciat, predicto capitulo possessiones antedictas in censu nobilis vini teneri et id presentari ante ejusdem capituli cellarium debere, condemnans etiam fratres prenominatos eidem capitulo in expensis legitimis. «eum coram nobis.» actum et datum anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, sabbato ante festum Andree apostoli. *1255 November 27.*

P aus Straßb. Bibl. d. Priester-Seminars Copialbuch von Alt-St. Peter *fol. 679 in der Schrift des 18ten Jahrh.*

a) *Wohl verschrieben für* G.

200. *Pabst Alexander IV gewährt dem Bischof von Straßburg, daß er, sein Bruder, sein Neffe und sein Cleriker in Streitsachen nicht ihre Diöcese zu verlassen brauchen. 1255 December 17 Rom Lateran.*

Henrico episcopo Argentinensi. lecta coram nobis tua petitio continebat, quod pro ecclesiastica libertate tuenda et pro negocio ecclesie ac imperii, quod in illis partibus agebatur, efficaciter promovendo tu adeo graves inimicicias incurristi, quod tibi et consanguineis ac familiaribus tuis non est tutum extra tuam diocesim litigare. quare humiliter petebas a nobis, ut occurrere tuis et illorum iu hac parte dispendiis misericorditer curaremus. nos itaque personam tuam dignam speciali gratia reputantes ac propter hoc tuis supplicationibus inclinati, ut tu et dilectus filius nobilis vir Alexander germanus, Henricus, rector ecclesie de Ebersheim filius ejus, nepos tui, necnon O[tto] scolasticus Honaugensis ecclesie, tuus clericus specialis tue diocesis, qui tibi fideliter in dicto negocio astitit, extra diocesim ipsam per litteras apostolicas impetratas, per quas ad citationem partium minime sit processum, vel etiam impetrandas, que de presentibus plenam et expressam mentionem non fecerint, conveniri vel trahi ad judicium usque ad biennium non possitis, dummodo infra ipsam diocesim coram competenti judice parati sitis interim conquerentibus de vobis justitie plenitudinem exhibere, vobis auctoritate presentium indulgemus. nulli etc. nostre concessionis etc. datum Laterani 16 kalendas januarii anno primo.[a]

V aus Reg. Vat. tom. 24 fol. 168c.
Gedruckt darnach bei Schöpflin Als. dipl. I, 419 nr. 571 mit dem irrtümlichen Datum 1256.

201. *Pabst Alexander IV gewährt Bischof Heinrich von Straßburg, daß er mit Einwilligung des Straßburger Domcapitels seinen Neffen Heinrich, Rector der Kirche von Ebersheim, als Canonicus in das Capitel aufnehmen dürfe. 1256 Januar 7 Rom Lateran.*

H[enrico] episcopo Argentinensi. ex tuarum serie litterarum accepimus, quod dilecti filii . . decanus et capitulum ecclesie Argentinensis circa dilectum filium Henricum rectorem ecclesie de Ebershein Argentinensis dioecesis nepotem tuum, natum nobilis viri Alexandri fratris tui, dirigentes benivolentie specialis affectum, cum ad eos canonicorum receptio in ecclesia ipsa Argentinensi pertineat, dederunt tibi plenariam potestatem, ut rectorem ipsum in canonicum instituere valeas in eadem, sed propter quasdam constitutiones et excommunicationum sententias a legatis apostolice sedis et . . metropolitano loci contra receptiones quorum libetad prebendas et beneficia non vacantia promulgatas eorum et tuum in hac parte desiderium perduci non potuit ad effectum. cum itaque idem clericus de honesta vita et conversatione laudabili commendetur, nos propter hoc etiam obtentu tui, qui apud nos dignus esse dinosceris gratia speciali, presentium tibi auctoritate concedimus, quatinus, si est ita et dicti decanus et capitulum in pristina voluntate ipsum

a) *V* s, o *durch untergesetzten Punkt getilgt.*

recipiendi persistunt, non obstantibus predictis constitutionibus et sententiis aut certo canonicorum numero juramento confirmatione sedis apostolice seu quacumque firmitate vallato sive aliqua indulgentia sedis ejusdem, per quam receptio ipsius valeat impediri, prefatum rectorem ibidem in canonicum et fratrem instituere valeas et de prebenda nulli alii de jure debita, si vacat ad preseus vel quam cito se facultas obtulerit, providere, premissis constitutionibus et sententiis ac numero post ipsius receptionem in suo robore duraturis. datum Laterani 7 idus januarii anno secundo.

V aus Reg. Vat. tom. 24 fol. 169.

202. *Meister und Rath der Stadt Straßburg beurkunden einen Güterkauf in Königshofen durch das Straßburger St. Johanneskloster. 1256 Januar.*

So kôftent die frowen einen halben und zwenczig frühtber acker und ein mettelin in Hermannes gesselin gelegen in dem ban zû Kungeshoven für lidig eygen one alleine daz mettelin, do get antweders ein pfening oder drie heilbelinge zû zinse von, umbe Agnes hern Reimboltes selgen dohter, der do hies Stûbenweg, und hern Hugen von Rodesheim ein ritter irs elichen mannes umbe sehs und drissig marg lûters und lôtiges silbers, und seczent sich ôch schuldener und wer der selben acker und hant ufgen alles das reht, daz sú an deme selben gûte hettent oder haben môhteut in diehcine wis. und des zû einer gezúgnisse so tûn wir Reimbolt Clawes sún burgermeister und der rat von Strazburg kunt allen den, die disen brief sehent oder hôrent lesen, daz dirre kôf in die wise, so do vor geschriben stôt, geschehen ist, und hant des unser stete gros ingesigel gehencket an disen brief. der wart geben in dem monat, der do heisset Geuner, des jares, do men zalte von gotzbûrte zweilf hundert jsr und sehs und funfezig jar. und des zû einer merer sicherheit so was do bi Weczel von Eckeversheim, Heinrich von Wolfgangesheim, Peter Nope, Gôrlin Hartunges dohterman, Burckart Spender der junge, der swarcz Johannes, Heinrich Marsilie, Nycolas Zorn, Rûlin Ripelin der junge, Reimboldo Virnekorn, Câne Sûner, Johannes Erben súu rihter des rates, Hug Ripelin, Burckart sin sún, Reimbolt Stûbenweg und ander, die ôch do bi waren.

H aus Straßb. Hosp. A. Prot. S. Marc 206 *fol. 1. Deutscher Auszug der lateinischen Urkunde von einer Hand des 14. Jahrh. gefertigt. (Schulte.)*

203. *Pabst Alexander IV trägt dem Bischof von Straßburg auf, das Mandat Pabst Innocenz IV auszuführen und die Kirche von Dossenheim Konrad dem Pförtner des St. Thomasstiftes zu Straßburg zu verleihen. 1256 März 14 Rom Lateran.*

. . Episcopo Argentinensi. cum, sicut dilectus filius Conradus portonarius ecclesie sancti Thome Argentinensis nobis exposuit, felicis recordationis I[nnocentius] papa predecessor noster tibi suis dederit litteris in mandatis, ut ecclesiam de Dosenhein tue diocesis ad collationem abbatis et conventus de Swargahe[a] ordinis sancti Bene-

a) *Wohl verschrieben für* Swarzahe.

dicti ejusdem diocesis pertinentem, quam Johannes rector ecclesie ipsius paratus erat, ut dicebatur, libere resignare, ipsius libera resignatione recepta, eam sibi conferre curares, dummodo nulli alii specialiter deberetur, inducens ipsum vel induci faciens in corporalem ejusdem possessionem et defendens inductum, contra tu, licet eedem littere tibi fuerint presentate, tandem propter ipsius predecessoris obitum in hujusmodi negocio minime processisti. nolentes igitur, ut idem Conradus spe concepta de gratia sibi facta frustretur, mandamus. qualinus, si est ita, in negocio ipso procedas juxta litterarum continentiam earundem, non obstante, quod idem rector, qui vocatur Nicolaus, Johannes per errorem in eisdem litteris dicebatur. datum Laterani 2 idus marcii anno secundo.[1]

V aus Reg. Vat. tom. 24 fol. 155.

204. *Pabst Alexander IV überträgt dem Abte des Klosters Beaupré, dem Scholasticus des St. Salvatorstiftes von Metz und dem Thesaurar des St. Peterstiftes zu Straßburg die Untersuchung und Entscheidung des Streites zwischen dem Straßburger Domprobst Walther und dem Probst von Haslach über die Kirche von Zinsweiler. 1256 Mai 7 Rom Lateran.*

. . Abbati monasterii Belliprati Cisterciensis ordinis Tullensis diocesis, . . scolastico ecclesie sancti Salvatoris Metensis et . . thesaurario ecclesie sancti Petri Argentinensis. sua nobis dilectus filius . . prepositus ecclesie Hasilacensis petitione monstravit, quod Walterus prepositus ecclesie Argentinensis asserens, quod ipse, cum quo super pluralitate beneficiorum erat per sedem apostolicam dispensatum,[2] ad vacantem ecclesiam Zunswilre Argentinensis diocesis curam animarum habentem a vero patrono ipsius loci archidiacono, ad quem de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine institutio rectoris in eadem pertinet, fuerat canonice presentatus et quod idem prepositus Hasilacensis institutioni sue ejusdem ecclesie se contra justitiam opponebat, super hoc in communi forma ad te, fili scolastice, apostolicas litteras impetravit. uos igitur volentes, ut judicium sine suspitione procedat, te, fili thesaurarie, ad petitionem ipsius prepositi Hasilacensis ac te, fili abbas, de utriusque partis procuratorum assensu cognitioni ejusdem negocii, non obstante, si per te, fili scolastice, vel per Balduinum tuum concanonicum, cui diffinitiva tibi sententia ac receptione testium reservatis in causa ipsa commisisse dicebris vices tuas, in eodem negotio est processum, duximus adjungendos. quocirca mandamus, qualinus hujusmodi legitimo servato processu in causa ipsa procedatis per vos vel alios neutri parti suspectos juxta priorum continentiam litterarum. quod si non omnes etc. datum Laterani nonis maji anno secundo.

V aus Reg. Vat. tom. 24 fol. 167ᵃ.

---

[1] *Unterm 13ten April 1256 bestätigt Pabst Alexander IV der Abtei Neuweiler die Ueberlassung der Kirche von Hohatzenheim durch Bischof, Dekan und Domcapitel von Straßburg. Aus Reg. Vat. tom. 24 fol. 174ᵉ.*

[2] *Vergl. nr. 193.*

205. *Pabst Alexander IV beauftragt den Erzbischof von Besancon, durch die Strafen der Excommunication und des Interdicts Rath und Bürgerschaft der Stadt Straßburg von ihren Feindseligkeiten gegen Bischof und Clerus der Diöcese Straßburg abzuschrecken. 1256 Juni 11 Anagni.*

. . Archiepiscopo Bisuntino. venerabilis frater noster . . episcopus et dilecti filii capitulum Argentinense ac universi prelati et clerici Argentinensis civitatis et diocesis sua nobis petitione monstrabant, quod, cum quidam cives Argentinenses perditionis filii nonnullos clericos ac personas ecclesiasticas ordinis videlicet fratrum predicatorum diversis injuriis affecissent, quibusdam eorum graviter verberatis et quodam de ponte in aquam precipitato, quodam vero suspenso et alio afflicto diversis generibus tormentorum, idem episcopus, ut quos dei timor a malo non revocat, saltem pena coerceat temporalis, de consilio et assensu capituli prelatorum et clericorum predictorum provida deliberatione statuit, ut, si quis laicus earundem civitatis et diocesis aliquem clericum sive personam ecclesiasticam sacrilego ausu occidere aut membrum mutilare presumpserit, officia et feuda, si qua tenebat ab eccleaiis vel personis ecclesiasticis predictarum civitatis et diocesis, ipso facto ammittat et ex hiis nichil transeat ad heredes. adjecit etiam, quod officia et feuda hujusmodi infra 15 diea a die patrati sceleris per eos, ad quos eorum spectat collatio, aliis conferantur. dictus quoque episcopus de predictorum consilio et assensu contra laicos earundem civitatis et diocesis, qui hujusmodi scelera perpetrarent, et posteritates eorum quedam alia statuta edidit honesta et juri consona, que reddundant in augmentum ecclesiastice libertatis, ad quorum observationem episcopus, capitulum, prelati et clerici predicti se astrinxerunt prestito juramento.[1] verum magister consules et communitas Argentinenses ac nonnulli nobiles et mulieres earundem civitatis et diocesis contra eosdem prelatos et clericos propter hoc conspirantes eos per captionem et occupationem bonorum suorum ad infringendum hujusmodi statuta nituntur compellere in derogationem ecclesiastice libertatis ac episcopi prelatorum et clericorum predictorum non modicum prejudicium et gravamen. quare episcopus et capitulum prelati et clerici predicti nobis humiliter supplicarunt, ut providere ipsis super hoc paterna sollicitudine curaremus. quocirca mandamus, quatinus, si est ita, magistrum consules universitatem nobiles et milites predictos, quod ab ipsorum injuriis super hiis omnino desistant, monitione premissa per excommunicationis in personas et in terras eorum interdicti sententias appellatione remota compellens, sententias ipsas usque ad satisfactionem condignam singulis diebus dominicis et festivis pulsatis campanis et candelis accensis publice nuncies et facias ab aliis per omnia loca, in quibus expedire videris, nunciari, non obstante, si predicte communitati vel aliquibus aliis a sede apostolica sit indultum, quod extra suam civitatem vel diocesim trahi non possint in causam per litteras apostolicas, que de indulto hujusmodi plenam et expressam non fecerint mentionem,

[1] *Vergl. UB. I, 258 nr. 346 Straßburger Synodalstatuten vom Jahre 1251.*

et constitutione de duabus dietis edita in concilio generali.[1] datum Anagnie 3 idus junii anno secundo.

V aus Reg Vat. tom. 24 fol. 176.
Erwähnt bei Posse Analecta Vaticana p. 7. nr. 83. Vergl. UB. I, 301 Anm. 2.

206. *Pabst Alexander IV beauftragt den Erzbischof von Besancon, er möge für die Aufrechterhaltung der von Bischof und Clerus der Diöcese Straßburg gegen die Gewaltthaten der Laien erlassenen Statuten sorgen. 1256 Juni 11 Anagni.*

. . Archiepiscopo Bisuntino. biis etc. usque communita. sane petitio venerabilis fratris nostri . . episcopi et dilectorum filiorum capituli Argentinensis ac universorum prelatorum et clericorum Argentinensis civitatis et diocesis nobis exhibita continebat, quod, cum quidam cives Argentinenses etc. usque tormentorum, idem episcopus, ut quos dei timor etc. usque assensu capituli, prelatorum et clericorum predictorum deliberatione provida statuit, ut si quis laicus earundem civitatis et diocesis etc. usque ad heredes. adjecit etiam, quod officia et feuda hujusmodi etc. usque conferantur. insuper dictus episcopus de predictorum consilio et assensu contra laicos earundem civitatis et diocesis etc. usque libertatis.[2] cum autem nos eorundem episcopi capituli prelatorum et clericorum supplicationibus inclinati statuta hujusmodi, prout sunt honesta et juri consona, rata habentes et grata ea auctoritate apostolica duxerimus confirmanda,[3] mandamus, quatinus statuta ipsa facias per censuram ecclesiasticam appellatione remota firmiter observari. datum ut supra.[4]

V aus Reg. Vat. tom. 24 fol. 176.

207. *Pabst Alexander IV gibt dem Erzbischofe von Besancon den Auftrag, er möge Rath und Bürgerschaft der Stadt Straßburg dazu bewegen, daß sie ihrem Clerus wieder freie Ausfuhr und Verkauf von Getreide und Wein gestatten. 1256 Juni 11 Anagni.*

Eidem.[5] exhibita nobis venerabilis fratris nostri . . episcopi Argentinensis et dilectorum filiorum prelatorum et cleri Argentinensis civitatis et diocesis petitio continebat, quod . . magister consules et universitas civium Argentinensium de novo pro sue voluntatis libito statuerunt, ut nullus de civitate ipsa bladum vel vinum asportet, sicque pretextu statuti hujusmodi, quominus prelati et clerus predicti bladum suum et vinum de dicta civitate pro suis utilitatibus possint extrahere, impedire presumunt. si vero aliqui ex prelatis vel clero predictis bladum vel vinum suum in eadem civi-

[1] *Vergl. S. 14 Anm. 1.*
[2] *Vergl. nr. 205 und UB. I, 258 nr. 346.*
[3] *Vergl. UB. I, 301 nr. 401.*
[4] *Vergl. das Datum von nr. 205.*
[5] *Vergl. nr. 206.*

tate vendi faciunt, magister consules et universitas predicti ab eis quandam summam pecunie contra justitiam exiguut et extorquent in derogationem libertatis ecclesiastice ac prelatorum et cleri predictorum prejudicium et gravamen. quare episcopus prelati et clerus prefati nobis humiliter supplicarunt, ut providere ipsis auper hoc paterna sollicitudine curaremus. quocirca mandamus, quatinus, si est ita, eosdem magistrum consules et universitatem, quod prelatos et clerum predictos bladum et vinum suum de civitate ipsa extrahere, prout facere consueveruut a tempore, cujus memoria non existit, ac eos bladum et vinum suum vendi facere sine alicujus exactioue pecunie libere patiantur, mouitione premissa per excommunicationis in personas et in civitatem ipsam interdicti sententias appellatione remota previa ratione compellas, non obstante, si eis vel eorum aliquibus a sede apostolica sit indultum, quod extra suam civitatem vel dioceaim trahi non possint in causam per litteras apostolicas, que de indulto hujusmodi plenam et expressam non fecerint mentionem, et constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. datum ut supra.[1]

V aus Reg. Vat. tom. 24 fol. 176.

208. *Gottfrid von Ginsheim, Straßburger Bürger, mit seiner Gemahlin Junta schenkt seine Güter in Odratzheim und Niederhausbergen, sowie Haus und Hof auf dem Rossmarkt in Straßburg dem St. Markuskloster daselbst. 1256 Juli 8.*

Nota numerum prebendarum, quibus datur vinum de feodis supradictis, quod vinum dicitur selgerete, 40 prebendis clericorum et officio portarie et duobus ministris suis. et unaqueque prebenda recipit duos stouphos de unoquoque feodo supradicto, similiter portarius ex officio suo et duo ministri sui tantum duos stouphos recipiunt. de feodis autem, que tantum tres amas solvunt, recipit unusquisque predictorum unum stouphum et ministri portarii similiter unum. vinum autem, quod de unoquoque feodo residuum fuerit, recipit pincerna. item nota, quod de Westehus et Achenhein dominus de Sulce, sed hararius dat pro eo annuatim 13 kalendas novembris *Oct. 19* 40 prebendis unicuique stouphum et cuneum unum.[1] item idem hararius habet quasdam vineas in Bergheim juxta Barre,[2] de hiis dat annuatim 5 amas vini, et de hoc vino ministrantur 40 prebendis unicuique 2 stouphi. quicquid autem de hoc vino remanet, indivisum cedit communitati. nec portarius nec ejus ministri in hiis duobus stouphis quicquam juris habent.

Item uota in cena domini pincerna ex officio suo teuetur dare pauperibus ruheum vinum ad mandatum et album vinum propinabitur de communi. sed quidam nomine Brakko servus quondam episcopi Heinrici de Veringen et similiter episcopi Berhtoldi de Dekke pro remedio anime sue dedit agrum viniferum in Ergershein,[3] unum videlicet de meliorihus, hac conditione, ut cultor agri predicti annuatim in cena domini daret unam amam vini melioris, quod in civitate venditur ad propinandum fratribus aliisque presentibus.

Item nota numerum prebendarum recipientium pisam in quadragesima et in singulis quartis et sextis feriis quatuor temporum, videlicet 40 prebende clericorum et 4 prebende officiales, scilicet prepositi decani pincerne dapiferi, et duorum coquorum. et uterque horum recipit prebendam duplicatam. et sic erunt 48 prebende in toto, quibus pisa ministratur. hiis prebendis unusquisque mensurnariorum in quadrageaima ministrat 12 prebendis officialibus sive aliis unicuique 2 sextaria pise. et in quarta et in sexta feria quatuor temporum et per tres primos quadragesime dat minister, cujus tunc ordo instat, supradictis 48 prebendis sive officialibus sive aliis unicuique prebende 2 cacabos pise. quorum 16 cacabi faciunt sextarium unum, et 24 cacabi, qui dantur pauperibus ad mandatum in quadragesima, similiter faciunt unum sextarium. item nota in quadragesima unusquisque mensurnarius de singulis mensurnis presentare debet coquo fratrum ad aervitium ipsorum 3 quartalia fabe.

Item nota cellerarius initio quadragesime dare tenetur duas belves ad lavandum

---

[1] *Vergl. den Eintrag unter dem angegebenen Datum im Seelbuch. S. Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. N. F. III, 199.*

[2] *Im Melker Codex ist fol. 106ᵉ von gleichzeitiger Hand eingetragen:* octavo kalendas augusti *(Juli 25)* obiit Agnes de Hadestat uxor Begeronis, que dedit 7 agros et quartam partem agri in Bercheim juxta Andelahe cultos et incultos, qui specificantur. nota quod hoc scriptum est anno domini 1234 mense decembri. *Vergl. Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. N. F. III, 103.*

[3] *Fehlt im Seelbuch.*

pedes pauperum et duo manuteria. finito mandato in cena domini duo ministri portarii accipiunt sibi illa.[1]

Item pincerna tenetur propinare canonicis sancti Thome et sancti Petri in processionibus post vesperas toto anno, preterquam in natalibus, tunc propinatur de communi.

Item in sabbato sancto pasche ad collationem ante conpletorium propinatur de communi et similiter in sabbato pentecostes.

Item nota cellerarius tenetur singulis annis[a] portario 1 ahteil salis et pincerne similiter et sal in coquinam fratrum et ligna et etiam ad refectorium calefaciendum
Nov. 11 a festo Martini usque in cenam domini.

Item nota de singulis tribus mensurnis scilicet in Wigersheim Geisbotsheim et
Sept. 8 in Lampertheim quolibet anno in nativitate beate virginis datur unum mensale intextum et . . . .[2]

D aus Donaueschinger Codex nr. 512 fol. 12 bis fol. 21r. Es fehlen am Schluss zwei Blätter, deren Falzstege noch vorhanden sind. Der ganze Eintrag geschrieben von einer Hand aus der Mitte des 13ten Jahrhunderts. Mit Sicherheit lässt sich die Entstehung aus einzelnen Angaben des Textes auf die Zeit vom April 1251 bis zum April 1258 festlegen. Der Terminus a quo ist gegeben einmal durch die Notiz: juxta antiquos predicatores — *der Umzug der Dominikaner erfolgte im Jahre 1251 — und durch die Erwähnung des Tausches vom Beinheimer gegen das Truchtersheimer Gut, der 1251 März 18 stattfand, vergl. UB. I, 257 Anm. 2. Der Terminus ad quem ist gegeben durch die Erwähnung des Fridericus de Alba als eines lebenden Zinszahlers, in einer Urkunde von 1258 April 16 wird er als verstorben bezeichnet, vergl. nr. 218. Vielleicht lässt sich sogar die Entstehungszeit auf das Frühjahr und den Sommer des Jahrs 1251 begrenzen, da unter den Zinszahlern noch Walther als Marschall aufgeführt wird, im September aber desselben Jahres Eberhard als Marschall bezeichnet wird. Auch die Erwähnung des aufgehobenen Zapfenamts, die 1250 schon in Aussicht genommen und 1256 sicher erfolgt war, spricht für eine engere Begrenzung, vergl. UB. I, 306 nr. 407.*

221. Alexander IV papa . . decano ecclesie sancti Petri Argentinensis mandat, quatinus Sifridum natum Haromodi de Lampertheim militis pauperem clericum, qui olim in ecclesia sancti Thome Argentinensi in canonicum receptus ac quandam domum ibidem adeptus, que non consuevit nisi canonicis ipsius ecclesie assignari,

a) annis *später über der Zeile nachgetragen.*

---

[1] *Vergl. dazu die Ausführung auf fol. 2 des Donaueschinger Codex von gleichzeitiger Hand:* item nota de mandato in cena domini lecto swangelio lavantur pedes pauperum. scilicet prepositus et decanus lavant et duo post illos, qui sunt in prebenda seniores, portant manuterium et tergunt pedes et osculantur eos. si autem prepositus et decanus non sunt ibi, alii duo seniores in prebenda faciunt. item quod tantum 12 pauperibus lavantur pedes, qui etiam ab antiquo positi sunt, et inter illos distribuitur quartale vini. quod etiam dat pincerna ex officio suo, aliis autem 12 non datur vinum nec etiam lavantur pedes. sed universaliter daulur cuilibet 2 denarii et panis emptus pro denariis. item de istis denariis dat cellerarius 2 solidos et portarius de bonis in Rinowe 2 solidos, que emit episcopus Berhtoldus, et de communitate 2 solidi item vinum, quod propinatur dominis. procurat portarius etiam de communitate et cellerarius dat picaria. item eadem recipiunt dis ministri portarii uterque unum uarten, in quo lavabantur pedes pauperum.

[2] *Vergl die Ergänzung aus nr. 34* manutergium de simplici panno.

per constitutionem pape[1] destitutus sit, pro canonico haberi faciens de prebenda providere procuret. «dilectus filius Sifridus.» datum Anagnie nonia maji anno quinto. *1259 Mai 7 Anagni.*

V aus Reg. Vat. tom. 25 fol. 225.

222. *'In einer Urkunde Bischof Heinrichs von Straßburg für das Kloster in Erstein, eine andre Brot-, Wein- und Geld-Vertheilung betreffend:* adicientes, quod tres canonici, scilicet . . plebanus . . cantor et Ilesso canonici ecclesie sancti Thome vel qui prebendas eorumdem pro tempore tenuerint et possederint, cum dominabus in vino equalem capiant portionem, in pane vero et in denariis ad vestes et coquinam pertinentibus dictis canonicis pro porcionibus ac contingentibus ab antiquo sua porcio accrescat sicut ceteris dominabus. datum et actum apud Erstheim in claustro monasterii, septimo idus maji, anno domini 1259, presentibus dominis preposito, C[onrado] de Wolfahe et E[berhardo] de Entringen archidyaconis, scolastico, Walramo de Geroltsecke canonico Argentinensi, nostro officiali, preposito Haselacensi et Surburgensi ac aliis quam pluribus. *1259 Mai 9 Erstein im Kloster.*

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2735 or. mb. c. 3 sig. pend. laesis.

223. *Berthold von Ochsenstein, Dekan des Straßburger Domcapitels, setzt zur Verwaltung der Kapelle seines Hofes, welche der h. Petronella und Scolastica geweiht ist, einen Priester ein. 1259 November.*

Cum fragilis sit et labilis humane conditionis memoria, non imprudenter agitur, si gesta temporum, ne simul labantur cum ipso tempore, scripture testimonio muniantur. ego igitur Bertoldus de Ohsenstein deccanus Argentinensis scire volo universos tam posteros quam presentes, quod, cum cappella curie mee in honore sanctarum virginum Petronelle et Scolastice consecrata hactenus determinato rectore caruerit, de ipsa ipsiusque attinentiis, consensu et voluntate domini mei H[einrici] dei gratia episcopi, H[einrici] fratris mei archidiaconi, cui eandem curiam meam legavi, necnon totius capituli Argentinensis ecclesie plenius accedente, in modum duxi subscriptum taliter ordinandum. volo igitur inprimis et ordino, ut Walterus sacerdos meus cappellanus et camerarius Argentineusis, quem in jamdicta cappella instituo, ipsam cappellam cum dicte camerarie officio seu quacunque prebenda, si qua in ecclesia Argentinensi sibi oblata fuerit inposterum, usque ad tempus vite sue pacifice possideat et quiete. ipso vero cedente vel decedente nullus de cetero instituatur in eadem cappella, nisi sacerdos fuerit honeste conversationis et vite, nullum penitus habens beneficium in choro Argentinensis ecclesie antedicte. quotiens etiam eandem cappellam vacare contigerit, dominus predicte curie, qui pro tempore fuerit, alium sacerdotem, qui et ipsius erit cappellanus, in eadem instituet servata forma

[1] *Vergl. S. 118 Anm. 4*

penitus supradicta, quem etiam non mutabit nisi justa de causa et legitima nec aliquatinus amovebit. predictus etiam sacerdos omni die in predicta cappella missam celebrabit et singulis diebus dominicis et festivis ibidem dicet vesperas. eidem insuper cappelle lumine olei per noctem ac cereis in vesperis sive in missa honeste providebit. alios autem defectus, si qui fuerint in libris sive in calice sive in vestibus sacerdotalibus aut aliis necessariis seu reparatione cappelle, supplebit ipse dominus curie habundanter. sepedictus etiam sacerdos tam matutinis quam horis diei singulis choro Argentinensi frequenter et sollicite tenebitur interesse. et ne in hiis inveniatur negligens aut remissus, statuo, ut idem sacerdos 18 quartalia frumenti mansurnalia pistori ecclesie majoris annis singulis tempore debito representet et de hiis septimanatim panem recipiat, prout uni ex canonicis dari consuevit. per cujus subtractionem, si opus fuerit, per decanum ad ea, que premissa sunt, exequenda studiosius arceatur. cetera autem dicte cappelle attinentia universa et singula idem sacerdos recipiet et in suos usus rediget et convertet. in quorum certitudinem est presens littera reverendi patris ac domini H[einrici] dei gratia episcopi et capituli Argentinensis necnon mei et H[einrici] archidiaconi fratris mei sigillorum munimine consignata. nos H[einricus] dei gratia episcopus, H[einricus] de Ohsenstein archidiaconus totumque capitulum Argentinensis ecclesie suprascripta rata habentes atque firma nostrum consensum plenarium eisdem impertimur, cappellano, qui predictam jam tenet cappellam aut qui in posterum ipsam tenuerit, ob dilectionem dicti domini decani concedentes, ut portionem equam cum ceteris nostris prebendariis, quibus de speciali gratia sive de jure hoc est indultum, recipiat omnium eorum, que tam in choro quam in refectorio distribuuntur sive ministrantur. in quorum omnium evidentiam et firmitatem perpetuam sigilla nostra presentibus sunt appensa. actum anno domini 1259 mense novembris.

D aus Straßb Domcapitels-Archiv or. mb. c. 3 sig. pend. partim mutil., 1 delapso. (Schulte.)

224. Alexander IV papa . . preposito et capitulo ecclesie sancti Petri Argentinensis concedit facultatem, Burchardum de Argentina clericum in ecclesia sua in canonicum recipiendi ac providendi ei de prebenda, non obstante statuto de certo canonicorum numero aut contradictione minoris partis capituli aui minus rationabili.[1] «dilecti filii.» datum Anagnie 5 kalendas februarii anno sexto. *1260 Januar 28 Anagni.*

V aus Reg. Vat. tom. 25 fol. 241c.

225. Alexander IV papa Henrico decano Metensi capellano suo mandat, quatinus Folmaro de Riste[2] clerico, qui olim a decano et capitulo ecclesie Argenti-

[1] Alexander IV papa . . . preposito et capitulo ecclesie Haselacensis Argentinensis diocesis pro Henrico de Phetenh[eim] clerico Argentinensis diocesis idem concedit. datum ut supra. *Ebenda.*

[2] *Unterm gleichen Datum beauftragt Pabst Alexander IV den Dekan von St. Peter zu Straßburg für die Versorgung des* Corradus de Riete clericus *mit einer Pfründe in der Kirche von Verdun sich zu bemühen. Aus Reg. Vat. tom. 25 fol. 242c.*

nensis, concessa eis a Il[ugone] tituli sancte Sabine presbitero cardinali tunc apostolice sedis legato[1] recipiendi eum per suas litteras facultate, in eadem ecclesia extiterit receptus in canonicum, postea tamen per constitutionem pape destitutus sit, de prebenda in prefata ecclesia providere procuret jus, quod eidem in ipsa ecclesia ex receptione hujusmodi competebat, in statum pristinum suscitans. «exhibita nobis petitio.» datum Anagnie 4 nonas februarii anno sexto. *1260 Februar 2 Anagni.*

V aus Reg. Vat. tom. 25 fol. 247.

226. Alexander IV papa . . decano ecclesie sancti Salvatoris Metensis mandat, quatinus pro Johanne de Lapide canonico Treverensi, qui olim in ecclesia Argentinensi receptus fuerit in canonicum, sed per constitutionem pape super revocatione receptionum editam[2] destitutus fuerit, receptionem predictam et omne jus acquisitum ad efficaciam roboris et juris pristini reducat, si majoris et sanioris partis capituli predicte ecclesie ad id accedat assensus. «ex parte dilecti.» datum Anagnie 6 kalendas marcii anno sexto.[3] *1260 Februar 24 Anagni.*

Aus Reg. Vat. tom. 25 fol. 247.

227. Alexander IV papa . . preposito et capitulo ecclesie Argentinensis licentiam elargitur, Fridericum de Bechburc canonicum ecclesie Czounczensis, qui creditur ecclesie illi existere fructuosus, in canonicum recipiendi ac providendi ei de prebenda, maxime quia canonicorum institutio et collatio prebendarum in ecclesia ipsa ad illos spectare dicitur et dictus canonicus in ea est personaliter residere paratus, non obstante statuto de certo numero canonicorum ipsius ecclesie juramento confirmatione apostolica roborato, eodem numero post receptionem ipsius in suo nichilominus robore duraturo.[4] «meritis laudabilis conversationis.» datum Anagnie 4 nonas junii anno sexto. *1260 Juni 2 Anagni.*

V aus Reg. Vat. tom. 25 fol. 252v.
Darnach Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 683.

---

[1] *Cardinalpriester Hugo von S. Sabina war in den Jahren 1251 bis 1254 päbstlicher Legat für Deutschland.*

[2] *Vergl. S. 118 Anm. 4.*

[3] *Unterm gleichen Datum beauftragt Pabst Alexander IV den Cantor der Straßburger St. Peterskirche für die Aufnahme des Clerikers Heinrich von Finstingen, eines Verwandten des Metzer Bischofs, in die Metzer Kirche Sorge zu tragen. Aus Reg. Vat. tom. 25 fol. 247.*

[4] In eundem modum scribatur eisdem pro Hermanno de Tiersteu clerico in eadem ecclesia usque in finem. datum Anagnie 13 kalendas junii anno sexto. *1260 Mai 20 Anagni.*

In eundem modum scribatur eisdem pro Alberto de Blanken clerico in eadem ecclesia usque in finem. datum Anagnie 12 kalendas junii anno sexto. *1260 Mai 21 Anagni.*

228. *Aufzeichnung über die jährlichen Natural- bezw. Geldbezüge des Straßburger Domcapitels.* [*um 1260.*]

Hic incipiunt distributiones carnium per annum.

Jan. 1 Circumcisio domini dat mensurnarius dimidium servitium.[1]

Jan. 5 Vigilia Epiphanie non jejuniatur nec etiam dantur carnes neque denarii, quia transmutatum est in diebus rogationum.

Jan. 6 Epiphania domini mensurnarius dat plenum servitium.

Jan. 13 Octava epiphanie ut dominico die.

Jan. 20 Fabiani et Sebastiani ut in dominico die.

Jan. 21 Agnetis virginis ut dominico die.

De feodo[a] in Mollesheim duos frisgingos portarius ministrat.

Febr. 1 Brigide virginis vigilia.

Febr. 2 Purificatio sancte Marie plenum servitium.

De feodo[b] in Zebersdorf dimidium servitium portarius.

Febr. 5 Agathe virginis mensurnarius ut dominico die.

De Meinoltesheim[c] communitas 3 frisgingos et portarius ministrat.

Febr. 23 Vigilia Mathie apostoli.

Febr. 24 Mathie apostoli[d] . . . ut in dominico die de mensurna.

Et quia festum hoc sepius erit post septuagesimam, que dicitur brodewoch, nec habet certum locum in kalendario sicut alia festa per annum, hic autem notatum invenies, qualiter debeat ministrari. per totam enim ebdomodam dantur carnes sic videlicet: feria secunda et quarta feria ut in privatis diebus, feria autem tercia et quinta feria ac sabbato ut in dominico die, et merot omni nocte comedentibus in refectorio.

Item in quinquagesima, id est carnisprivium clericorum, dat mensurnarius in mane plenum servitium cum dignitate[e] de nocte comedentibus in refectorio dominis ebdomodariis capellanis et elemosinario. et de dimidio servitio dantur ad merot unicuique 2 carnes et decano 4 carnes et dimidia sulz unicuique et hec dantur feria secunda sequente in mane. et tunc carnes secande sunt ad unum frischingum plus vel minus secundum numerum, qui comederunt in refectorio. item nota quod carnes

a) *Unterm 31. Januar ohne Datenangabe in B.* b) *Unterm 4. Februar ohne Datenangabe in B.* c) *Unterm 17. Februar ohne Datenangabe in B.* d) *Folgt in B eine verwischte* v. e) cum dignitate *auf Rasur.*

---

[1] *In derselben Handschrift fol. 1v ist aus gleicher Zeit vermerkt:* si autem festum fuerit de dimidio servitio, tunc de mane dat [2 denarios] unicuique, de nocte autem omnibus ut predictum est. [item] si festum fuerit de pleno servitio, de mane dat 4 denarios, de nocte per omnia ut prius tam officiatis quam aliis de prebendis. item feria quarta infra pentecostes dat etiam mensurnarius 2 denarios. item si festum Mathei Thome vel Mathie venerit in quartam feriam quatuor temporum, dat etiam mensurnarius 2 denarios et officiatis jus suum. Item nota de vigiliis apostolorum et aliorum sanctorum vigilias habentium et in sabbatis quatuor temporum item sabbatis etiam per jejunium preter primum et ultimum sabbatum dat etiam mensurnarius unicuique 1 denarium, si autem episcopus ordines celebraverit, dabit 2 denarios et prima dominica in jejunio dat etiam 2 denarios.

aucmentantur cum inferioribus carnibus ita videlicet et pensande, quod quelibet caro ponderet 12 libras vel 11 ad minus.[1]

Gregorii pape unicuique 6 denarii in matutinis. *März 12*

Item post hec nota in sancto die pascbe [dat mensurnarius plenum ser]vitium cum tribus carnibus et omnibus [aliis ad plenum servitium pertinentibus]. feria secnnda similiter in omnibus ministrat.

Item feria tercia dimidium servitium [de remediis] de feodo [in Bibelnheim] cum pfacelat, exceptis autem placentibus [et denariis pullorum, que sunt remissa] de eodem feodo. et hec procurat portarius.

Item feria quarta de Tbalheim dimidium servitium per totum et similiter cum pfacelat. hoc etiam portarius procurabit ex officio suo.

Item feria quinta de Munversbcin tres frisgingos etiam portarius procurat. feria autem sexta portarius de officio suo in refectorio fratribus vel, si parcitur ei, dat omnibus prebeudatis et ministris unicuique 2 solidos, chori clericis autem dat unicuique 12 denarios presentibus in choro.[2]

Sabbato autem dat camerarius de camera plenum servitium per totum et similiter pfaccelat. et hoc similiter portarius procurabit.

Item in octava mensurnarius dat dimidium servitium, si autem mensurna incipit, tunc dat mensurnarius plenum servitium.

Item vigilia annuntiationis beate virginis. *März 24*

[Item in festo] beate virginis dimidium servitium. si autem venerit in jejunium, tunc [dantur dc mane] unicuiquc 3 dcnarii, dc [nocte domi]nis in refectorio 12 denarii [decano de officio. . .][a] dapifero, pincerne, preposito. . . . et cocis 12, [domicellis et ebdomadariis] 9; aliis autem non datur de nocte.[3] *März 25*

Item Marci ewangeliste unicuique denarius, si autem veniet infra octavam pasche, tunc dantur carnes, quia non jejuniatur infra octavam.[4] *Apr. 25*

a) *Raum für Angabe leergelassen, ebenso bei den folgenden Punkten.*

---

[1] *In derselben Handschrift ist auf fol. 11 Folgendes verzeichnet:* item nota quarta feria die cinerum incipit refectio in refectorio et datnr unum ferculum de pissibus refectionem babentibus in refectorio et durat usque in cenam domini. postea incipit cena feria secuuda post Quasimodogeniti et durat usque in quintam feriam post exaltationem sancte crucis diebus non feriatis, feriatis autem comedunt ibi rex et ebdomodarii propter merot, quod datur eis. postea comednnt idem ebdomodarii ibi usque ad festnm Michahelis et 7 diebus post et tunc datur eis merot scilicet dominica nocte, feria tercia, quinta feria et sabbato. qui autem feria secuuda et quarta ibi comedit, illi dantur 2 denarii tantum pro merot, item per totam ebdomodam paschalem etiam datur merot eis. item sciendum qnod in jejunio de festis non dantur denarii pissium nisi secnndum quod ibi continetur. item in natalibus et in die Johannis de mane non dantur crapelle et milchmuser propter servitia sed de nocte. item minutis etiam dantur denarii pissium in natalibus et scutelle et similiter in quadragesima et etiam quando datur cena, sed infirmis non dantur denarii pissium neque scutelle nisi laborantibus in acuta.

[2] *In derselben Handschrift fol. 4ᵛ an entsprechender Stelle des Kalendars:* ministrat portarius de porta cum tribus ferculis piscium de salmone et aliis optimis, dat etiam claretum insuper ad unamquamque scutellam 4 denarios vel cuilibet dat 2 solidos, si parcitur ei.

[3] *An entsprechender Stelle des Kalendars ist fol. 4 hinzugefügt:* istum festum est semper contignum festivitati pascali, aliquando post pasca et etiam aliquando in jejnnio.

[4] *Fol. 5 hinzugefügt:* preter feriam sextam.

Item nota in diebus rogationum[1] de mensurna de Wigershein dantur dominis et capellanis episcopi unicuique 16 denarii, decano de officio . . . dapifero pincerne et preposito. . . . cocis 12, domicellis et ebdomedariis. . . et [elemosinariis] . . . et cuilibet insuper 4 ova feria secunda. item feria tercia de mensurna de Geisbotsheim similiter datur. et feria quarta de mensurna de Lampertheim datur etiam simili modo.

Apr. 30 Item vigilia Philippi et Jacobi apostolorum non est vigilia, sed carnes ut in privatis diebus dantur.

Mai 1 Majus. Philippi et Jacobi ut in domiuico die.

Mai 3 5 nonas maji, inuencio sancte crucis ut in dominico die.

Mai 10 6 idus maji, Gordiani et Epimachi ut in dominico die.

Mai 16 17 kalendas junii, hic incipiunt ovine carnes dari.[2]

Mai 28 5 kalendas junii, de Rodesbcin 4 friscbingos ovinos, portarius boc procurare tenetur.

Item hic nota vigiliam ascensionis, unicuique denarius 1.

Ascensio domini mensurnarius plenum servitium cum carnibus ovinis et porcinis.

Item vigilia pentecostes cellerarius dat denarium sicut in vigilia pascbe.

Item in die pentecostes plenum servitium cum carnibus ovinis et porcinis, dignitate, denariis pullorum et integris placentibus.

Juni 15 17 kalendas julii, Viti et Modesti de Kolbotshein 4 [frischingos] ovinos, quos portarius tenetur procurare, et 20 pullos.

Juni 23 9 kalendas julii, vigilia Johannis baptiste dat prepositus de feodo de Owenhein dominis et capellanis episcopi unicuique 10 denarios,[3a] decano ex officio 3, dapifero et pincerne 3, domicellis et ebdomodariis [11] et elemosinariis 9. item si portarius fuerit dies dominica, tamen dantur sic.

Juni 24 8 kalendas julii, Jobannis baptiste mensurnarius dat plenum, [cui] dat in supplementum prepositus de Innenhein 4 frischingos [ovinos et] tria quartalia frumenti et 40 pullos et 4 $^1/_2$ amam. de biis ministrat [ipse] omnibus unicuique secundum statum suum.

Juni 28 4 kalendas julii, vigilia Petri et Pauli denarios pissium[4] dat prepositus de Owenhein, sicut in vigilia Johannis baptiste.

a) *Uebergeschrieben über* X *eine* IV.

---

1 *Fol. 10 hinzugefügt:* quia variatur in kalendario omni anno.

2 *Fol. 5v hinzugefügt:* in coquina.

3 *Fol. 6 an gleicher Stelle des Kalendars* 16, *bei den folgenden Angaben aber ist Lücke gelassen.*

4 *In derselben Handschrift ist fol. 1c Folgendes vermerkt:* Hic autem nota de denariis pissium. si festum aliquod veniet in sextam feriam, de quo mensurnarius ministrare deberet ut in die dominico, tunc [de mane dat] unicuique 2 denarios, semper dicitur de presentibus, de nocte [dominis in] refectorio presentibus 12 denarios, de officiis insuper decano dapifero pincerne. . ., ubicunque locorum sunt, preposito autem nunquam datur nisi quando presens est. item cocis dantur etiam 12 de nocte tantum domicellis et ebdomadariis 9, aliis autem non datur de nocte, *und vorher* nota de denariis caseorum de qualibet secunda feria, quarta et sexta faria dat mensurnarius presentibus in civitate unicuique 2 denarios, insuper decano . . . dapifero et pincerne . . . de officiis eorum ubicunque locorum sunt, preposito autem non datur nisi quando pressus est. si vero festum [veniet] in aliquam predictarum dierum, de quo festo carnes dantur [vel denarii piscium], de illa die non dantur denarii caseorum.

Digitized by Google

3 kalendas julii, Petri et Pauli apostolorum dimidium servitium unicuique[a] carnem 1 ovinam et dimidiam porcinam et dimidium hng ac denarium 1. *Juni 29*

2 kalendas julii, commemoratio Pauli ut in dominico die. *Juni 30*

4 nonas julii, Udalrici episcopi ut in dominico die, insuper de Egensheim 4 frischingos ovinos portarius procurabit. *Juli 4*

3 idus julii, Heinrici imperatoris de Sletstat plenum servitium. portario presentantur scilicet 4 frischingi ovini et 2 porcini, 7 solidi, 12 gewage caseorum, tria quartalia lactis, 110 ova et $^1/_2$ libra piperis, de hiis ipse ministrat omnibus. item mensurnarius ut in dominico die.[b] *Juli 13*

Idus, Margarete de Kolbotsheim in refectorio servitur vel denarii dantur.[c] *Juli 15*

[12 kalendas augusti], Arbogasti ut in [dominico] die. insuper de Urnheim[d] 4 frischingos ovinos et 44 pullos[1] et 12 scapulas siccatas, ova, ssgum et accetum ad jussol faciendum. *Juli 21*

11 kalendas augusti, Marie Magdalene servitium in refectorio communitas dat cum.[2] *Juli 22*

9 kalendas augusti, vigilia Jacobi apostoli. *Juli 24*

8 kalendas augusti, Jacobi apostoli dimidium servitium. *Juli 25*

3 nonas augusti, inventio sancti Stephani ut dominico die. *Aug. 3*

8 idus augusti, Syxti pape dimidium servitium. *Aug. 6*

5 idus augusti, vigilia Laurentii prepositus densrios pissium dat de Owenhein sicut in vigilia Johannis baptiste. *Aug. 9*

4 idus augusti, Laurentii martyris dimidium servitium. *Aug. 10*

19 kalendas septembris, vigilis assumptionis sancte Marie. *Aug. 14*

18 kalendas septembris, assumptio beate virginis. hic incipiunt carnes porcine cum pleno servitio. *Aug. 15*

15 kalendas septembris, de Rinstet 3 frisgingos, quos dividit portarius. *Aug. 18*

11 kalendas septembris, octavs assumptionis ut dominico die. *Aug. 22*

10 kalendas septembris, vigilia Bsrtholomei apostoli. *Aug. 23*

9 kalendas septembris, Bartholomei apostoli dimidium servitium. *Aug. 24*

4 kalendss septembris, decollatio Johannis, dedicatio ecclesie, mensurnarius plenum dat servitium. *Aug. 29*

7 idus septembris, hic dantur carnes, quia non eat vigilia.[3] *Sept. 7*

6 idus septembris, nativitas beate virginis, plenum servitium. *Sept. 8*

18 kalendas octobris, exaltatio sancte crucis ut in dominico die. *Sept. 14*

12 kalendas octobris, vigilia Mathei apostoli. *Sept. 20*

11 kalendas octobris, Mathei apostoli dimidium servitium. *Sept. 21*

a) dimidium — unicuique *auf Rasur.* b) item — die *mit dunklerer Tinte hinzugefügt.* c) vel — dantur *mit dunklerer Tinte hinzugefügt.* d) Urnh *scheint etwas später von andrer Hand eingefügt.*

---

[1] *Fol. 7 an gleicher Stelle des Kalendars* 40 pulli, *dagegen von* ova *ab das Uebrige fehlend.*

[2] *Fol. 7 an entsprechender Stelle* vel denarios.

[3] *Fol. 7° an gleicher Stelle des Kalendars:* non est vigilia, sed dantur carnes ut in privatis diebus.

Sept. 22 10 kalendas octobris, Mauricii et sociurum ejus ut in dominico die.

Sept. 25 7 kalendas octobris, de Butenhein dimidium servitium, quod portarius dividit.

Sept. 29 3 kalendas octobris, Michahelis archangeli plenum servitium.

Sept. 30 2 kalendas octobris, de Scbercbein 2 frisgingos, hos dividit portarius.

Oct. 11 5 idus octobris, de Offenburg plenum servitium.[1] [a]

Oct. 15 Idus octobris, Aurelie virginis ut in dominico die.

Oct. 18 15 kalendas novembris,[b] Luce ewangeliste de Wilgolthein 3 frischingos et 3 1/2 solidos ad bunrepfenninge, hec portarius dividit.

Oct. 27 6 kalendas novembris, vigilia Symonis et Jude apostolorum.

Oct. 28 5 kalendas novembris, Symonis et Jude apostolorum de Northus plenum servitium cum omnibus attinentiis, portarius etiam dividit.[c]

Oct. 31 2 kalendas novembris, vigilia omnium sanctorum.

Nov. 1 November. omnium sanctorum ut in dominicu die.

Nov. 7 7 idus novembris, Florentii episcopi mensurnarius ut in dominico die, insuper de Danbach 2 frisgingos, hos dividit portarius.

Nov. 11 3 idus novembris, Martini episcopi mensurnarius ut in dominico die, insuper de Dubenkeiu 3 frisgingos, hos dividit portarius.

Nov. 22 10 kalendas decembris, Cecilie virginis ut dominico die.

Nov. 25 7 kalendas decembris, Katherine virginis servitium dat communitas cum.[2]

Nov. 29 3 kalendas decembris, vigilia Andree apostoli.

Nov. 30 2 kalendas decembris, Andree apostoli dimidium servitium.

Dec. 3 3 nonas decembris, Attalle virgiuis ut dominico die.

Dec. 6 8 idus decembris, Nicolai episcopi [ut in] dominico die.

Dec. 13 Idus decembris, Lucie virginis ut in duminico die.

Dec. 20 13 kalendas januarii,[d] vigilia Thome apostoli.

Dec. 21 12 kalendas januarii, Thome apostoli dimidium servitium preter crapellos et placentas et denarios.[3]

Dec. 24 9 kalendas januarii, vigilia nativitatis domini.

Dec. 25 8 kalendas januarii, nativitas domini plenum servitium cum 3 carnibus et omnibus aliis attinentiis.[4]

Dec. 26 7 kalendas januarii, Stephani prothomartyris ut dominico die.

a) *Daneben von etwas späterer Hand ein fast ganz verblichener Eintrag, von dem nur einzelne Worte lesbar sind:* . . . de feodo . . . 2 baccimina altero manuterium. b) *Hier wie in den drei folgenden Einträgen* novembris *von etwas späterer Hand nachgetragen.* c) *Von etwas späterer Hand hinzugefügt:* et mansurnarius 1/2 servicium. d) *Hier wie bei den folgenden Einträgen* januarii *von etwas späterer Hand nachgetragen.*

---

[1] *Fol. 8c hinzugefügt:* portarius ministrat.

[2] *Fol. 9 an gleicher Stelle des Kalendars:* servitium in refectorio vel denarios in choro, prout tunc ordinabunt.

[3] *Fol. 9c an entsprechender Stelle:* dimidium servitium exceptis denariis et dignitate.

[4] *Fol 10 hinzugefügt:* si autem veniet in sextam feriam, tunc de mane unicuique 4 denarii, item de nocte in refectorio dominis . . . *das Folgende radirt.*

6 kalendas januarii, Johannis ewangeliste plenum servitium cum 2½ carne. *Dec. 27*
5 kalendas januarii, innocentum dimidium servitium. *Dec. 28*

D aus Donaueschinger Codex nr. 512 *fol. 2ᵒ—3ᵒ und 52—54ᵒ. Das Ganze hier zusammengesetzt aus zwei gleichartigen und gleichzeitigen Stücken, die beide im Rahmen eines Kalendars gehalten sind. Das erste fol. 2ᵒ bis fol. 10ᵛ umfassend ist benutzt bis zum Eintrag* Gregorie pape etc., *jedoch mit Weglassung der Heiligentage ohne besondern Vermerk, dann setzt das zweite reichhaltigere Stück ein, dessen Schrift zum Teil ganz verblichen und nicht mehr lesbar ist, das erste Blatt ist verloren. Die verblichenen Stellen sind ergänzt durch Heranziehung der Concordanzen auf fol. 3ᵒ—10ᵒ und der Einträge in B, einer Papierhandschrift des 14ten Jahrh. im Straßb. Bez.-A.* G 3467. *Was die zeitliche Entstehung des Ganzen anlangt, so wird es nur kurze Zeit nach nr. 220 zu setzen sein.*

229. *Der Schultheiß Eberhard und die Gemeinde von Zabern theilen Bürgermeister, Rath und Bürgerschaft von Straßburg mit, daß sie ihren Bürgern verboten haben, Straßburger Weine zu kaufen.* [*um 1260.*]

Domino et amico vere dilecto : . magistro civium Argentinensium necnon viris discretis et honestis consulibus et civibus ibidem E[berhardus] scultetus et communitas Zabernie paratam ad quecumque beneplacita voluntatem. certissime sciatis, quod nec permittimus nec volumus aliqua pactione,[a] ut aliquis nostris ex civibus emat aut comparet vina vestra, immo ad salvandum et defendendum vobis ea magis, ubicumque possemus aut possimus, nos habebitis promptiores.

[*in verso*] magistro civium Argentinensium
consulibus et civibus ibidem.

S aus Straßb. St.-A. V. C. G. Corp. K lad. 17 *or. mb. lit. cl. c. sig. inverso impr. deleto. Das Stück gehört dem Schriftcharacter nach in die zweite Hälfte des 13ten Jahrhunderts. Ein Schultheiß Eberhard von Zabern ist 1258 und 1261 urkundlich nachweisbar.*

230. Rudolfus de Minrewilre filius Baldemari et Hedewigis uxor sua de consensu puerorum suorum vendunt duo jugera vinearum dicta Banholz sita apud castrum Winekke Burcardo dicto Sippestûl civi Argentinensi pro decem marcis argenti.dominusWaltherus scultetus in Keisersberc sigillat. «noverint universi.» acta sunt hec in Argentina anno domini 1261 in vigilia beati Valentini martyris. *1261 Februar 13 Straßburg.*

Aus Urkundenb. d. Stadt Basel I, 252 nr. 390 nach dem Or. i. Staatsarchiv zu Basel Klingenthal nr. 26.

231. Concessio feodalis 23 marcarum argenti super theoloneo civitatis Argentinensis recipiendarum revendibilium cum 230 marcis, que summa[b] mutuo fuit recepta, Johanni Bitterolf civi in Brunssebach per W[altherum] episcopum de consensu decani et capituli facta. 1262.[1] *1262.*

B aus Straßb. Bez. A. G 3464 *Regest von einer Hand des 17ten Jahrh. i. Copialbuch des Domcapitels lit. Q. Die Abschrift befand sich im großen pergamentnen Domcopialbuch fol. 54.*

a) *oder* ratione ? b) *B* quam summam.

[1] *1262 Mai 3* (in die inventionis sancte crucis) *erscheint zu Speyer in der bischöflichen Pfalz* Johannes de Vrankenstein archidyaconus Argentinensis *als Zeuge einer Urkunde Bischof Heinrichs von Speyer für das Kloster Heilsbruck. Or. mb. i. Straßb. Bez.-A.*

232. Urbanus IV papa mandat . . electo Argentinensi, quatinus, cum magister Henricus scolasticus ecclesie sancti Petri Argentinensis canonicatum et prebendam, quos in ecclesia Honaugensi Argentinensis diocesis obtinet, velit libere resignare, resignatione ab eodem recepta, cum ab ipso requisitus fuerit, eos de consensu majoris et sanioris partis capituli ejusdem ecclesie Honaugensis, ad quos prebendarum collatio pertinere dicitur, alicui persone ydonee conferre procuret. «ex parte dilecti.» datum apud Urbemveterem nonis julii anno secuudo. *1263 Juli 7 Orvieto.*

V aus Reg. Vat. tom. 26 fol. 96.

233. Urbanus IV papa . . decano et capitulo ecclesie sancti Thome Argentinensis supplicantibus concedit facultatem, ut Walterum natum Sifridi de Schaftolshen militis nullum beneficium ecclesiasticum obtinentem in ecclesia sua recipere possint in canonicum, maxime cum electus Argentinensis illis pro eo primitias precum suarum direxerit suasque preces in hac parte admittere cupiant. «supplicastis nobis per.» datum apud Urbemveterem 5 kalendas novembris anno tertio. *1263 October 28 Orvieto.*

V aus Reg. Vat. tom 29 fol 123.

234. Urbanus IV papa . . abbati monasterii de Ettenheim Argentinensis diocesis mandat, quatinus Henrico de Achenheim, canonico ecclesie sancti Thome Argentinensis, capellano J[ordani] sanctorum Cosme et Damiani diaconi cardinalis, qui olim in eadem ecclesia ad primicias precum bone memorie Walteri Argentinensis episcopi a capitulo ipsius ecclesie eorum motu proprio, prout de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine est obtentum, post constitutionem Alexandri pape predecessoris, per quam receptiones canonicorum prebendas expectantium vacaturas factas in ecclesiis, quatuor dumtaxat exceptis, decrevit inanes,[1] canonice receptus extiterit in canonicum, sed nondum inibi prebendam aliquam assecutus sit, de prebenda sibi de jure debita providere procuret. «dilectus filius Henricus.» datum apud Urbemveterem nonis novembris anno tertio. *1263 November 5 Orvieto.*

V aus Reg. Vat. tom 29 fol 236.

235. Urbanus IV papa. . decano et capitulo Honaugensis ecclesie Argentinensis diocesis concedit facultatem, recipiendi Jobannem clericum natum Nicolai dicti Zorn militis Argentinensis in canonicum ac providendi de prebenda, maxime cum canonicorum institutio et collatio prebendarum ad illos in ecclesia ipsa pertineat et per industriam ipsius clerici suorumque consanguineorum potentiam sperent eidem

[1] *Vergl. S. 118 Anm. 4.*

ecclesie plura posse commoda provenire.[1] «supplicastis nobis per.» datum apud Urbemveterem nonis novembris anno tertio. *1263 November 5 Orvieto.*

V aus Reg. Vat. tom. 29 fol. 129c.

236. Urbanus IV papa . . electo Argentinensi concedit, ut Hugonem pauperem clericum Argentinensem in ecclesia sancti Petri Argentinensi, dummodo capituli ejusdem ecclesie, ad quod in ea collatio prebendarum pertinere dicitur, assensus accedat, in canonicum recipi faciat eique de prebenda providere procuret. «apostolice pietatis provenire.» datum apud Urbemveterem 15 kalendas januarii anno tertio. *1263 December 18 Orvieto.*

V aus Reg. Vat. tom. 29 fol. 265.

237. Urbanus IV papa . . archiepiscopo Maguntino mandat, quatinus, cum . . electus Argentinensis propter viarum discrimina et guerrarum incursus illarum partium sedem metropolitanam secure adire non possit ab illo diaconatus et presbiteratus ordinem ac munus consecrationis statutis temporibus recepturus, ei assignet locum aliquem, ad quem secure illius presentiam adire possit pro premissis, alioquin committat aliquibus episcopis graliam et communionem sedis apostolice obtinentibus, qui ei ordines et munus hujusmodi eisdem temporibus conferant vice sua. «cum sicut dilecto.» datum apud Urbemveterem 10 kalendas marcii anno tertio. *1264 Februar 20 Orvieto.*

V aus Reg. Vat. tom. 29 fol. 292c.

238. Urbanus IV papa inclinatus precibus C[onradi] comitis de Firburch et universitatis Friburgensis mandat . . abbati Truperti in nigra silva ordinis sancti Benedicti Constantiensis diocesis, quatinus Conradum clericum natum illius comitis proponentem, quod, licet quondam Gebeardo germano illius comitis, Constantiensi et Argentinensi canonico, apud sedem apostolicam, cujus erat capellanus, mortuo Innocentius papa canonicatum et prebendam vacantes sibi duxerit conferendos, tamen gratiam factam prosequi negligenter omittens nullum ex eo commodum reportaverit, in eadem ecclesia Argentinensi, si est idoneus et in predicta ecclesia Argentinensi residere paratus, in canonicum recipi faciat eique provideat de prebenda. «ad faciendam dilecto.» datum apud Urbemveterem 13 kalendas aprilis anno tertio. *1264 März 20 Orvieto.*

V aus Reg. Vat. tom. 29 fol. 295.
Darnach Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 719.

[1] Urbanus IV papa . . . decano et capitulo ecclesie sancti Thome Argentinensis supplicantibus concedit pro Johanne clerico nato Nicolai dicti Zoru militis Argentinensis eandem facultatem. datum ut supra. *Aus Reg Vat. tom. 29 fol. 78c.*

239. Urbanus IV papa . . decano et capitulo ecclesie Surburgensis Argentinensis diocesis supplicantibus concedit licentiam, Gerardum de Wangen clericum consanguineum magistri Gerardi dicti Ministerialis ecclesie Argentinensis recipiendi in canonicum ac providendi ei de prebenda. «supplicastis nobis per.» datum apud Urbemveterem nonis aprilis anno tertio. *1264 April 5 Orvieto.*

V aus Reg. Vat. tom. 29 fol. 148c.

240. Urbanus IV papa . . electo Argentinensi postulanti concedit, ut magistrum Walterum medicum suum clericum Argentinensem, qui diu in medicina rexisse dicitur, in ecclesia sancti Petri Argentinensi, dummodo capituli ejusdem ecclesie assensus accedat, in canonicum recipi et de prebenda ei providere procuret, ita tamen, quod idem magister ad ordines, prout onus prebende exiget, se faciat statutis temporibus promoveri et personaliter in ecclesia resideat memorata. «apostolice pietatis provenire.» datum apud Urbemveterem 6 idus aprilis anno tertio. *1264 April 8 Orvieto.*

V aus Reg. Vat tom. 29 fol. 148c.

241. Urbanus IV papa . . electo Argentinensi mandat, quatinus Walterum dictum de Sarburc clericum Argentinensem, magistri et consulum Argentinensis civitatis consanguineum, pro quo illi apostolicam gratiam per speciales litteras implorandam duxerint, in ecclesia sancti Petri Argentinensi, in qua prebendarum collatio ad prepositum et capitulum dicitur pertinere, auctoritate pape in canonicum recipi faciat ei de prebenda provisurus, ita tamen, quod idem *Walterus* se faciat ad ordines promoveri et in ecclesia ipsa residere procuret. «devotorum ecclesie merita.» datum apud Urbemveterem 6 idus aprilis anno tertio. *1264 April 8 Orvieto.*

V aus Reg. Vat. tom. 29 fol. 149c.

242. Urbanus IV papa . . preposito . . decano et capitulo ecclesie sancti Petri Argentinensis concedit facultatem, ut non obstantibus certo numero canonicorum et quibusdam aliis statutis Nicolaum clericum, natum Conradi civis Argentinensis, pro quo H[einricus] Argentinensis electus illis primitias precum suarum direxerit, in canonicum recipere ac ei de prebenda providere possint. «ex tenore litterarum.» datum apud Urbemveterem 2 kalendas maji anno tertio. *1264 April 30 Orvieto.*

V aus Reg. Vat. tom 29 fol. 311v.

243. Urbanus IV papa H[einrico] Argentinensi electo concedit facultatem, ut Rodegero clerico, notario suo, nullum beneficium ecclesiasticum obtinenti providere de prebendali vel alio ecclesiastico beneficio etiam curam animarum habente, si

Digitized by Google

quod in civitate vel diocesi Argentinensi vacat, necnon eum in canonicum recipi facere possit. «tuam prosequimur honore.» datum apud Urbemveterem 2 kalendas maji anno tertio. *1264 April 30 Orvieto.*

V aus Reg. Vat. tom. 29 fol. 310

244. Urbanus IV papa . . majoris et . . sancti Salvatoris ecclesiarum decanis Metensium iutuitu J[ordani] sanctorum Cosme et Damiani diaconi cardinalis supplicantis mandat, quatinus Ymerum presbiterum sancti Gorgonii Metensem, qui a Berwardo canonico ecclesie sancti Petri Argentinensis constitutus procurator suus ad colligendum redditus et recipiendam pecunie summam quandam, in qua abbas Mauri- monasterii tenebatur eidem, receperit septingentas libras Turonensium nomine canonici, eidem tamen rationem reddere denegaverit, moneant, ut infra octo dies post monitionem eidem canonico de predicta summa rationem reddat. «sua nobis dilectus.» datum apud Urbemveterem 4 kalendas septembris anno tertio. *1264 August 29 Orvieto.*

V aus Reg. Vat. tom. 29 fol. 332.

245. *Eberhard von Entringen, Archidiacon der Straßburger Kirche, verfügt über die Verwaltung der Kapelle seines Hofes. 1265 April 23.*

Ad tollendum ambiguitatis discrimen, quod progessu temporis posset inundare super dote patronatus jure et dispositionibus meis capelle, quam ego Eberhardus de Entringen archidiaconus Argentinensis in curia mea fundavi et construxi, voluntatem meam presentibus litteris perpetuo valituris inseri feci ipsamque ad noticiam omnium in forma subscripta cupio pervenire. notum sit igitur presentium inspectoribus universis, quod ego Eber*hardus* predictus volo ordiuo et dispono, ut ad predictam cappellam ratione dotis pertineant bona, que emi in bannis villarum de Trutersheim Frakenheim et Utenheim, annis singulis 42 quartalia siliginis et ordei, novem solidos et novem capones nunc exsolventia, et hos redditus absque diminutione sacerdos institutus in ea percipere debeat annuatim ita, ut ex eis in luminari noctis et candelis eidem capelle provideat necessariis in altari, ratione etiam predicte capelle idem sacerdos decano ecclesie Argentinensis sit subjectus et choro astrictus beate virginis omnibus horis canouicis et consuetis. missam vero, quam singulis diebus celebrare tenetur in predicta capella, perficiet ante primam. ipse etiam sacerdos communi consensu totius capituli Argentinensis accedente refectionem in refectorio, distributiones in choro percipiet cum aliis ejusdem chori prebendariis de novo institutis. volo etiam, ut de predictis 42 quartalium redditibus superius nominatis singulis annis infra assumptionem et nativitatem beate virginis sex quartalia mansurnalis bladi ab ipsius capelle sacerdote pistori ecclesie Argentinensis perpetuo presententur, de quibus idem pistor predicto sacerdoti singulis diebus unum cuneum ministrabit. item dispono et volo, ut jus patronatus sive institutio sacerdotis

Aug. 15 Sept. 8

in eadem capella ad dominum curie, in qua fundata existit, qui fuerit pro tempore, tantum spectet nec is eam ulli persone nisi in sacerdotio constitute licentiam habeat conferendi, alioquin decanus ecclesie Argentinensis predicte ipsum super hoc, monitione videlicet 8 dierum premissa, corrigat et emendet. si enim post hujusmodi monitionem octo dierum predictus dominus factum suum non duxerit revocandum capellam predictam sacerdoti libere conferendo, extunc prefatus decanus ipsam tamquam vacantem conferat pro sue voluntatis arbitrio sacerdoti et tantummodo illa vice, nullo sibi ex hoc jure in posterum circa collationem ipsius nisi ex casu simili acquisito, nec domini predicte curie reluctantis vel instituti ab eo reclamatio ullum prestet obstaculum, quominus mea voluntas suprascripta debitum sorciatur effectum. quod enim fundator pia consideratione instituendum existimavit, nequaquam erit contrariis actibus evellendum, sed in omnibus ejus propositum justicia et pietatis favore subnixum debet irrefragabiliter custodiri secundum legitimas sanctiones. ut autem premissa dispositio rata et firma perpetuo valeat remanere, ipsam sigillorum venerabilis patris H[einrici] dei gratia episcopi, capituli Argentinensis et mei munimine feci sollempniter roborari.[1] datum anno domini 1265, 9 kalendas maji.

D aus Straßb. Domcapitels-Archiv or. mb. c. 3 sig. pend. laesis.

246. *Aufzeichnung über eine Meßstiftung im Straßburger Chor und andre durch den Custos des Straßburger Domcapitels, Berthold von Ochsenstein, getroffene Verfügungen.* [*um 1265.*]

Cum ea, que cultui et reverentie divini impenduntur nominis, non sint ponenda sub modio sed super candelabrum, ut lucem Christi fideles intueantur et videant ac per hoc ad opera caritatis et creatoris obsequia reddantur proniores, ad universorum presencium et futurorum noticiam expedit pervenire, qualiter vir honorabilis Berchtoldus de Ohsenstein custos, olim decanus Argentinensis, ordinavit et statuit, ut qualibet ebdomada per circulum anni, excepto tempore quadragesimali et
Dec. 25 tribus ebdomadibus, una in qua occurrit natalis domini, secunda resurrectionis et tercia pentecostes, missa in die sabbati, si quoquo modo fieri poterit et non impedit festum aliud, alioquin aliquo dierum precedentium ejusdem ebdomade sollempniter ad laudem et honorem virginis gloriose dei genitricis Marie in choro Argentinensi debeat celebrari. de voluntate etiam tocius capituli Argentinensis et assensu idem custos redditus 27 quartalium siliginis in villa Rorahe[a] sitos et 18 quartalium in

a) R *in* Rorahe *auf Rasur.*

[1] *In dem Streite des Bischofs Heinrich von Straßburg mit der Stadt Mülhausen in den Jahren 1266—1270 erscheinen als Bevollmächtigte des Bischofs* magister Cünradus de Rodeshein clericus et familiaris noster *wohl derselbe wie* Cunradus clericus dictus Pastor, *ferner* magister Billungus clericus judex curie noster *und* magister Wernlinus de Nordaru, *ferner treten noch auf* Harmannus de Tierstein custos Argentinensis *und* F[ridericus] cellerarius sancti Petri Argentinensis. *Vergl. Mossmann Cartulaire de Mulhouse I, nr. 24—97 nach den Archivalien i. Straßb. Bez.-A. G fasc. 112.*

banno Wibersbeim[a] sitos sua pecunia propria comparatos feodo in Wilgotheim univit et adaptavit ita, quod quicunque[b] dominus seu possessor ejusdem feodi fuerit in posterum, denarios usualis monete Argentinensis, qui de uno quartali silig nis provenire poterunt juxta communem estimationem et secundum quod eodem die in foro vendi poterit, dabit qualibet ebdomoda et presentabit ei, quem decanus Argentinensis, qui pro tempore fuerit, ad hoc duxerit deputandum, dividendos per illum fideliter inter canonicos et ceteros prebendarios Argentinenses, quibus hujusmodi remedia sive obventiones dividi consueverunt, qui eidem misse interernnt, postquam agnus dei fuerit decantatum. quodsi propter interdictum forsan ecclesie vel civitatis aut alia quacunque de causa una ebdomoda vel pluribus sive quantocunque etiam tempore longiore dictam missam continget non celebrari, extunc sequenti ebdomoda proxima, qua cessante hujusmodi impedimento divina resumi contigerit et prescriptam missam decantari, ut est dictum, omnia neglecta per omnes hujusmodi ebdomodas distribuantur extunc nichilominus in choro et insuper denarii unius quartalis siliginis eidem diei deputati, ut est preordinatum, ita quod ex tali divinorum suspensione aut negligentia dominus predicti feodi nullum commodum vel emolumentum consequatur. contulit preterea dictus custos et assiguavit ad usus fabrice ecclesie Argentinensis medietatem, quam habuit in molendiuo sito apud villam[c] Schafloltsheim 20 quartalia frumenti annis singulis valentem, ut eidem fabrice perpetuo deserviat in sui memoriam et suorum. preterea univit idem custos curie sue claustrali, quam inbabitabat vite sue temporibus, ortum suis sumptibus comparatum et paratum, situm ex opposito jam dicte sue curie, statuens, ut quicunque dominus sive possessor ejusdem curie et orti fuerit in posterum, 20 solidos Argentinensis monete usnalis aunis singulis in ipsius anniversario, 10 videlicet solidos in vigiliis et reliquos 10 in missa pro defunctis distribuat et procuret dividi in choro Argentinensi inter presentes canonicos et ceteros, quibus talia remedia dividi consueverunt.

interdicti vero sunt omnes in civitate et nec apud vos nec alibi poterunt audire divina, nisi super hoc licencisti sint vel privilegium babeant speciale. licenciam quidam babuerunt, ut dicitur, a venerabili domino legato, sed omnes revocavit, sicut in auttenticis [a] litteris suis vidi. ego eciam ex compassione paucis amicissimis nostris et vestris inveni formam, per quam aliquando apud vos divinis posseut officiis interesse, quibusdam ex privilegio papali et procuratorio nomine, [b] quibusdam ex ipsius legati nobis concessa indulgeucia singulari. verum quia, quod provisum fuit ad concordiam, cepit tendere ad noxam ita, ut multi sub quocunque colore ecclesias vestras intrarent, percipcrent sacramenta, utinam non deciperentur sacramentis! nam quidam ea juste, quidam temere presumpserunt, alie cum essent conjugate et cottidie excommunicatis couterentur, ecclesiarum vestrarum [c] limina calcaverunt. uude plurimi scandalizati sunt ita, ut quibusdam admissis, aliis non admissis judicio, pro quo judicabuntur, dicercnt, quod ad boc faciendum nos alliceret [d] turpe lucrum. insuper ingratitudinis nobis vicium sffixerunt dicentes, quod illos excluderemus, qui nobis indeclinabiliter adheserunt, alios admitteremus, qui se parum nostris necessitatibus impenderuut. religiosi quidam preterca, cum argunntur, quare latam iu civitatem propter predicta sentenciam non observent, replicant, quod per nostras sorores priucipaliter violetur. ipse, inquiunt, excommunicatos admittunt, cum recipitur puella, cum fiunt exequie, in locutione cum illis sunt assidue, familiam tenent excommunicatam, que audivit divina a saccrdotibus profanatis; conversi earum et familiares stant in ecclesiis et coucurrunt [e] cum plebe, ut elevari videant corpus Cbristi. quid plura? ego hiis dispendiis, prout possum, cupiens obviare, nc occasione dampni dampnum videar intulisse, hoc ago, quod saluti vestre et paci ceterorum judicavero verisimiliter convenire. omnem igitur bominem excludetis obicibus et clavibus, quando in ecclesia vestra cappellanus proprius voce submissa dicet missam, nec rima neque foramen ad videndum in hostiis aut parietibus relinquatur. missas autem dicent in festis simplicibus semiduplicibus duplicibus et totidubus et aliquando pro memoriis defunctorum. et licet secundum jus semel saltem in pascha omnis Cbristianus percipere debeat eucharistie sacramentum, vobis tamen aliquid duxi amDec. 25 plius conecdendum, ut videlicet in nativitate domini communicetis et in pascha et adhuc una vice in aliquo festo, cum priorisse magis dispositas viderint esse sorores, accipientes ex boc argumentum, si sorores ante vixerunt pacifice quiete pariter et devote, proviso quod, que in excommunicationem iuciderunt loquendo, mandando excommunicatis, quod ad rem non pertinet, non communicent nisi primitus absolute. quam absolucionem committo in casibus levibus vestris propriis cappellanis; in grsvioribus autem, utpote si amicis suis consilium impendunt et auxilium aut favorem manifestum, non debebunt cappellani absolvere nisi presente priorissa sua cum hiis, quas advocare voluerit, de parendo mandato, sicut fas est, prestita cautione. cappellanos tales babebitis, sicut perroittit privilegium, videlicet qni sint providi et discreti. ipsi vobis in necessitate exhibebunt ecclesiastica sacramenta, hoc est in in-

a) *Uebergeschrieben über das durchstrichene* ex suis patentibus. b) *Unten am Rande des Blattes nachgetragen.* c) *Unten am Rand des Blattes nachgetragen für das durchstrichene* vestra sancta. d) *Durchstrichen* induceret. e) *Uebergeschrieben* non suis.

firmitate superveniente, in festis eciam, sicut superius est notatum. addo, quod vices ipsorum ad premissa supplere poterunt alii cappellani, et hoc ex permissione. religiosi vero quicunque et clerici non dicent in ecclesiis vestris missas, etiamsi fateantur se gaudere privilegio quod hoc possint. nam vos restringo, ne hoc sinistis fieri, nec ipsis calix prebeatur nec officio congrua indumenta. conversi vestri et semifratres, qui tam se quam sua devote et totaliter ordini obtulerunt, admitti poterunt ad divina, raro tamen, proviso quod cum ipsis alii nullatenus admittantur, nec ipsi in quocunque alio loco cujuscunque ordinis preterquam in vestris claustris[a] divinis poterunt interesse. de biis autem, qui sunt in obsequiis vestris pro mercede annua conducti, si non audiverunt divina alibi presertim in civitate, quia tunc essent excommunicati, ordinent priorisse de sororum discretarum consilio, sicut judicaverint expedire. cum voluerint eedem priorisse, ingredi poterunt ecclesiam, quando noluerint, excludantur. hoc intelligite de illis servitoribus, qui sunt in curia juxta claustrum. reliqui qui de grandiis veniunt, sint exclusi. de confessione quedam perplexitas est, sed non nocebit vobis, si non confitemini, quando per cives probibemini confiteri hiis, qui sunt veri vestri ex ordine confessores. alias[b] enim confiteri talibus, qui non habent potestatem absolvendi vos, etiamsi essent ordinis nostri fratres, nisi prius[c] fuissent claustris pro confessoribus deputati vel a me licenciati, nihil valet. unde et graviter puniendos censui quosdam, qui ad hoc claustra vestra occulte vel clandestine non sine gravi scandalo et proprio periculo sunt ingressi. nec turbentur sorores ex hoc, quod in confessionibus habere non possunt solitam libertatem, nam patres nostri, sicut propheta testatur,[1] in captivitate positi dicebant: non est in tempore hoc princeps et propbeta et dux neque sacrificium. princeps videlicet quo tueamur, sacerdos quo purificemur, propheta quo informemur, dux quem imitemur neque sacrificium sacra communio que animas reficit famescentes. nichilominus tamen subjungitur remedium, quod vicem suppleat omnium premissorum. in anima, inquit,[d] contrita et humilitatis spiritu suscipiamur a te, sicut in milibus agnorum pinguium. quid illi deest, qui a domino suscipitur, qui suscipit servos suos in bonum? o bonum omnis boni bonum! quia mihi det acquiescere in te, ut obliviscar aliquando mala mea? consolatur nos gloriosus pater Augustinus in libro de vera religione dicens:[2] sepe sinit divina providentia per nimium turbulentas carnalium hominum seditiones expelli de Cbristiana congregatione[e] etiam bonos viros. quam contumeliam et injuriam cum pacientissime pro ecclesie pace tulerint nec ullas novitates beresis vel scismatis moliti fuerint, docebunt homines, quam vero affectu et sinceritate caritatis deo serviendum sit. hos coronat in occulto pater in occulto videns. de sepulturis conatet vobis, quod non potestis aliquem sepelire nisi sororem in silencio, sed nec sorores possetis sepelire, si non bene servassent interdictum. de conversis idem dico et familiaribus similiter,

a) *Uebergeschrieben* oratoriis. b) *Folgt* eciam *getilgt*. c) *B rep.* prius. d) *Folgt durchstrichen* propheta. e) *Uebergeschrieben für durchstrichenes* religione.

1 *Daniel III, 38—40.*

2 *Vergl. Migne Patrologia tom. XXXIV, 128.*

quod tumulentur in silencio, si bene servaverunt interdictum. familiares autem tales intelligite, qui se et sua monasterio contulerunt, sicut superius est premissum. scio quod hoc grave est, sed docente spiritu veritatis sentitis, quod cum ordine et pro ordine, quc nomen ab ordine et meritum accepistis, pati quecunque incommoda debeatis. nam sine ordine nec missas aut sepulturam vel privilegia forsitan haberetis. abstinendo autem a vetitis vobis non ordini servitis, nam secundum jus scriptum, in quocunque statu inveniremini, obligaremini ad premissa. sunt apud vos, ut dicitur, quidam religiosi vestram quietem turbantes, pedem movere diligentes, fenestras occupantes, opus commune impedientes, nugis et risibus vacantes, oculos defigentes, de simplicitate vestra predam callide aucupantes. hos devitate, si debito cupitis persistere in honore. illos autem amplius, qui dicunt affirmant predicant contra factum legati in injuriam nostram, immo in contumeliam crucifixi, putantes venisse de nostris calamitatibus messem suam, tamquam excommunicatorum fautores devitate conscientiam et scientiam non habentes, precipue qui se ex talibus medicos profitentur. nam in quodcunque claustrum talis medicus curans vulnera saucians corda ingressus fuerit, ipsum claustrum ab omni gratia premissa suspendo et contumaces privo eisdem, donec satisfactione premissa restitui mereatur. superius scriptum est, quod a divinis, que fiunt apud vos, omnes homines, qui non sunt juris vestri, excludatis, non obstante quod olim quibusdam personis nobis in Christo devotis litteras nostras dedi. has pro tanto fore volo consolatas, quia hujusmodi litteras non casso nec revocu, sed suspendo et effectum differo earundem propter pacem aliorum et propter vitandum offendiculum infirmorum. concludens igitur hoc statuo hoc repeto hoc inculco, quod, quecunque soror alicui religioso confessa fuerit vel ad ipsos intra claustrum vel cimiterium cellarium vel ortum sive locum quemlibet alium venerit, confessio ipsius erit irrita. et in hiis scriptis anathemati ipsam subicio necnon in morte dignis ordinis suffragiis eam privo. sacerdotes insuper vestros cautos esse volo ad districtam sententie observanciam interdicti, alioquin non sustinebuntur in vestra cappellania, nam irregulares fiercut et ad Romanam curiam deberent necessario proficisci. datum Hagenowie.

B aus Berlin. Bibl. Ms. theol. lat. oct. nr. 109 fol. 159--161c.
Gedruckt darnach bei Finke Dominikanerbriefe S. 128 nr. 108.

274. *Der Provinzial ersucht den Prior der Dominikaner zu Bern, den Ordensbruder Johannes, der die Straßburger Frauenklöster St. Marx und St. Katherina in unziemlicher Weise betreten habe, zu bestrafen.* [*1289 Frühjahr*] *Hagenau.*

Priori Bernensi provincialis de correctione fratris, qui intravit claustra sororum in Argentina. fratrem habetis apud vos Johannem nomine juvenem non sacerdotem, de quo intellexi, quod, cum ipse duceret quosdam fratres per Renum, seductus, ut dicitur, venit ad curiam sancti Marci, ubi, cum tutus satis esset, delicatum presidium ultro inquirens ingressus est claustrum sororum ibidem morancium cum tota sua temere comitiva. ibi sic effudit fialam suam, ut memoria ejus in benedictione non

sit usque hodie apud illas. vice altera iterum descendit per Renum deducendo fratrem Paulum et intravit curiam sancte Katerine, credens esse curiam sancti Marci, et reliquit dictum *Paulum*, ut dicitur, in navi solum in magnum ordinis scandalum et ruborem. expectans retribucionem a domino, qui talem talibus conjunxerunt et honestati ordinis minus provide providerunt, de dicto igitur *Johanne*, si sic appellatur, in quocunque loco ipsum inveneritis, vobis committo, quatenus ipsum pro qualitate culparum asperius corrigatis prohibeutes eum, qui male orditur principia, ad ulteriores ordinea promoveri et nunquam claustrum aliquod sororum visitet sine licencia provincialis. extunc ipsum ad aliquem conventum extremum proviucie auctoritate presentium pro fratre domus mittatis juxta ordinationem capituli Augustensis, ubi illis hoc in [a] pena imponitur, qui notabiliter Argentinensi territorio appropinquant. quanto magis id observandum est in cis, qui claustris sororum se ingerunt juxta muros Argentinenses locatarum. quidquid inde feceritis, mihi rescribite, cum primum obtulerit se facultas. datum Hagenowie.

B aus Berlin. Bibl. Ms. theol. lat. oct. nr. 109 fol. 161v.
Regest darnach bei Finke Dominikanerbriefe S. 131 nr. 109.

275. *Der Provinzial der Dominikaner beauftragt die Subpriorin und die Schwestern Agnes von Hohenstein und Gertrud von Königshofen vom Straßburger St. Marxkloster, die Untersuchung gegen zwei genannte Mitschwestern zu führen.* [*1289 Frühjahr*] *Hagenau.*

Suppriorisse et sororibus Agneti de Hohenstein et Gerdrudi de Künengeshoven ad sanctum Marcum juxta Argentinam provincialis. quia statum vestrum emulor dei emulatione, semper vos Christo exhibere satago non habentes maculam nec rugam, sed in presenti ea, que vobis sunt necessaria, oportet litteris ordinari, qui coramposito nunc in virga uuuc apparerem in spiritu lenitatis juxta quod vobis utile reputarem. verum ne iuter multa, que ad me perveniunt, videar sicut homo non audiens et non habens in ore suo redargutiones, quedam inter vos judico corrigenda primum configens eas regularibus jaculis, que per superbiam luciferum imitantur et cum Datan et Abyron contradictionis spiritu replete terre yatibus absorbentur. audivi dissimulando dissimulavi audiendo, quod sorores Andriota. . de Hagenowia, Egniuna de Winthertur preter alias sursum et deorsum insaniunt . . priorisse rebelles per superbiam, ceteris infeste per calumpniam, quibusdam importune per maliciam, omnibus graves, nisi forte suis complicibus per vesaniam comprobantur. cum igitur providere debeamus, ne modicum fermenti, quod heu jam nimis invaluit, totam massam corrumpat, discretioni vestre committo et districte mando presencium per tenorem, quatenus rebelliones dicturum personarum et alias

a) *B rep.* in.

earum insolencias inquisitione plenarie facta mihi infra mensem prebitis de claustro sumptibus nuncio, quem mittetis ad me, fideliter referatis, quatenus de vultu dei judicium prodeat, quod quieti monastice proficiat, et terram sanctam in qua statis hujusmodi abhominatio non depravet[a] . quodsi omnes hiis exequendis propter debilitatem forsitan corporis interesse non poteritis, due vestrum nichilominus exequantur precipientes, quod decreveritis vice mea, firmiter observari. datum Hagenowie.

B aus Berlin. Bibl. Ms. theol. lat. oct. nr. 109 fol. 162
Gedruckt darnach teilweis bei Finke Dominikanerbriefe S. 122 nr. 110.

276. *Der Provinzial beauftragt den Prior der Dominikaner zu Colmar, die beiden Ordensbrüder Erbo und Humbert wegen Betretens der Straßburger Frauenklöster zu bestrafen.* [*1289 Frühjahr*] *Hagenau.*

Priori Columbariensi provincialis de quorundam fratrum correctione, qui claustra sororum Argentinensium intraverunt. cum nuper essem in loco vestro, conveni fratrem Erbonem de eo, quod tantum civitati appropinquavit, ut claustrum sancte Agnetis ingrederetur. qui se de propinquitate excusavit litteram nostram ad suam interpretans voluntatem. quam casso et revoco, ne per eam mea simplicitas iterum deludatur. pro ipso autem allegat pietatis affectio, quia carnem suam odio habuit nemo unquam, ut propter hoc severitati aliquid detrahatur. unde juxta datam vobis a deo discretionem pro introitu claustri satisfactionem imponite competentem, nisi forte, ut dicitur, civitatem ipsam ingressus fuerit matris domum visitans atque fratris. hanc si verum est mihi penitentiam reservetis. frater Humbertus, qui auctoritatem sibi usurpavit in fraudem simplicium feminarum audiendo confessiones, ingerendo confusiones, nam nulla fretus auctoritate venientes ad se involvit potius quam absolvit, est per vos acrius corrigendus. cui inter cetera injungatis, quod scribat conventui sororum predictarum, quod nullam absolvendi eas habuit legitimam potestatem; deinde ut, in quo deliquit, puniatur, ipsum restringatis a confessionibus audiendis et a terminis Basiliensibus visitandis, donec per me vel vicarium restitui mereatur. quicquid inde feceritis, mihi cum primum se facultas obtulerit, rescribatis. valete. datum in Hagenowia.

B aus Berlin. Bibl. Ms. theol. lat. oct. nr. 109 fol. 162v.
Gedruckt darnach bei Finke Dominikanerbriefe S. 132 nr. 111.

277. *Der Provinzial der Dominikaner tadelt die Priorin des Straßburger St. Margarethenklosters, daß sie die Minderbrüder eingelassen habe, und fordert Bericht darüber.* [*1289 Frühjahr*] *Hagenau.*

Arguit priorissam sancte Margarete juxta Argentinam provincialis, quod minores permisit intrare claustrum. intellexi pluribus mihi referentibus, quod passa estis minores ingredi claustrum vestrum, qui si aliquam ut medici curaverunt, multos, e

a) *Übergeschrieben für durchstrichenes* corrumpat.

quorum numero ego sum, gravibus vulneribus concidcrunt. an nescitis, quod ipsis non licet ingredi claustra monialium nec vobis fas fuit hominem admittere, etiamsi fuisset meritorum suffragio clare fame? ad hoc cum quidam religiosi persecutionis nostre tempore nimis in nostram grassentur injuriam ita, ut cum nostro discrimine comprobentur cum adversariis conspirasse, dignum fuit, ut pocius talium solacio carcretis, quam suspicionis nebulam amicis ordinis et occasionem murmuris prebcretis. hoc igitur scandalum cupiens ab ordine removere, districte vobis injungo, quatenus infra mensem me de facto per litteras vestras et conventus debeatis reddere cerciorem, alioquin contra vos per ceusuram ordinis procederc non obmittam. datum Hagenowie.

B aus Berlin. Bibl. Ms. theol. lat. oct. nr. 103 fol. 162°.
Gedruckt darnach bei Finke Dominikanerbriefe S. 133 nr. 112.

278. *Der Provinzial der Dominikaner teilt der Priorin des Straßburger St. Agnesklosters mit, daß er für die Schwestern desselben einen eignen Kaplan bestellen werde.* [*1289 Frühjahr*] *Hagenau.*

Priorisse sancte Agnetis juxta Argentinam provincialis. quia inter ceteros conventus sororum vestrum affectu prosequor speciali, indignum esset, quod vobis subtrahcrem beneficia, que aliis indulgerem. quid autem pro pacc sororum egerim, vobis cicius innotescet. de sacerdotibus hospitalis nec unum vobis possum concedere neque duos, nam ipsi suo loco sunt, ut estimo, indivisibiliter obligati; vobis autem unus debet esse secundum privilegium, quem ego instituam et qui vobis solis deserviat providus et discretus; quem cum de sororum earum que sunt de consilio inveneritis, mihi cum sigillo conventus et vestro diligencius intimetis. expedit autem vobis babere proprium, quia ad missam vobis dicendam non debet admitti quilibet religiosus vel clericus secularis, nisi vices alicujus cappellani per claustrorum aliorum cappellanos quod dico secundum indulgenciam supplcantur. nec scio, quid debeat missa anathematizatis, nisi quod sibi manducent judicium atque bibant, que frequenti prevaricatione exitis de claustro ad libitum et reditis. credatis autem, quod non propono tales absolvere nisi prestita de parendo mandato ydonea cautione. unde super hoc mibi rei geste scribite veritatem. valete. datum Hagenowie.

B aus Berlin. Bibl. Ms. theol. lat. oct. nr. 109 fol. 163.
Erwähnt bei Finke Dominikanerbriefe S. 133.

279. *Der Ordensmeister der Dominikaner gestattet den Schwestern der Straßburger Frauenklöster seines Ordens einige Erleichterungen im Sakramentspenden und Messehören.* [*1289 Frühjahr*] *Hagenau.*

Omnibus[a] sororibus circa Argentinam, quomodo se habeant tempore turbationis. quia spero me illius caritatis esse consortem, que in cordibus diffusa fidelium cum

a) *Voran stand jetzt radirt* magister ordinis.

flentibus flere docet et gaudentibus congaudere, sine gravi dolore audire nequeo nec sentire, quod peccatis exigentibus sic calumpniis hominum obruimini sine causa, quod sub tranquillitate debita non permittimini vota reddere, que propriis labiis distinxistis. sed si apertis mentis oculis posselis agnoscere, quam vernantibus gemmis corone vestre tollerancie dorantur, qualia monilia vestris affiguntur pectoribus, quam preciosa dextralia manus forcium ambiunt mulierum, inter odia cordium, probra linguarum, arma persequencium, corde versaremini letiore propter eum, [a] cujus labor nobis acutum efficitur, cujus dolor omnibus per viam transeuntibus demonstratur, cujus honor ad mortem obedieutis celestium et terrestrium flexione genuum cumulatur. porro in vestrarum tribulacionum aculeis hoc pungit acrius, hoc perturbat frequencius, hoc molestat importunius, quod, ut scripsistis, per confessionem puram non potestis in vobis placidam parare domino mansionem. sacre communionis panem parvulis petentibus nemo frangit, pro vobis et aliis consueta non permittitur ex hac luce migrantibus sepultura, missarum sollempnia, quorum suffragiis divina placetur indignatio, non auditis et, quod est periculosius, excommunicati se vobis ingerunt incessanter. de hiis mirarer et turbarer vehemencius, si per litteras karissimi mihi in Christo provincialis vestri, quas dudum vobis misit, non essem aliter informatus, nam quarundam audacia concesse vobis gratie commoda breviavit. quapropter multis intermissis, que dici vel scribi lacius latitudo exigeret caritatis, habito cum spirituali patre vestro priore provinciali consilio, qui vestris, sicut in veritate comperi, oportunitatibus assidue impendere et superimpendere est paratus, vobis nichil borum, que jus concedit commune aut privilegium ordinis speciale, aufero vel auferri volo, sed omnia et singula vobis integra servabuntur. ad hoc illum articulum, qui magis videbatur aliquorum judicio scrupulosus, videlicet quod cappellani vestri in necessitatis articulo vobis exhiberent [b] ecclesiastica sacramenta, sic elargatum accipite, ut hec necessitas non sit solum instantia mortis sed etiam persecutionis, per quam percussis pastoribus disperguntur oves gregis. interpretor ea libertate, qua privilegia principum largissime conceduntur. omnes igitur cappellanos, quos habetis vel habebitis, sive ordinis habitu induantur, sive incedant decenti habitu clericali, dummodo vite honeste sint et opinionis bone, equalem in singulis claustris singulos habere volo [c] potestatem in exhibendo vobis ecclesiastica sacramenta. iidem cappellani confessiones vestras audiant, sed vos . . priorisse videritis, quando et quomodo rite fiat. sepeliatis vestras sorores in silencio, de aliis vero facite, quod jus permittit vel antiqua in civitate Argentinensi obtinuit consuetudo. misse vobis legantur, quociens vos . . priorisse volueritis, januis tamen clausis et exclusis excommunicatis et interdictis, salvo tamen ordinis privilegio, quod non solum nobis sed etiam nostris procuratoribus ac nostris servitoribus est indultum, nam illi admitti poterunt ad divina, nisi interdicantur specialiter vel causam dederint interdicto. hec itaque describere volui, ut, si in aliquibus articulis vobis suboritur dubitatio, dictum provincialem vestrum requiratis et consulatis, qui vobis obscura declaret, angusta, prout secundum deum et justiciam facere poterit, amplificet et excessus corrigat secundum datam sibi gratiam in vias planas aspera commu-

a] *Folgt durchstrichen* qui. b] *B* exhiberet. c] *Folgt durchstrichen* in exhibitione.

tando. predicti etiam cappellani confessiones vestras audiant et vos communicent, ut traditur in constitutionibus, per fenestram,[1] donec fratres assecurati a civibus ad vos possint accedere, vel per dominum papam possim vobis gratiam aliquam optiuere, ut cessantibus cappellanis in premissis fratrum officio gaudeatis. valete. datum Hagenowie et cetera.

B aus Berlin Bibl Ms. theol. lat oct. nr. 109 fol. 167ᵛ—168ᵛ.
Gedruckt darnach bei Finke Dominikanerbriefe S. 138 nr. 120.

280. *Der Provinzial der Dominikaner gestattet den Schwestern der Straßburger Frauenklöster die Communion im Chor statt durchs Fenster.* [*1289 Frühjahr*] *Hagenau.*

Omnibus . . priorissis et sororibus circa Argentinam provincialis et cetera. gratum deo et ordini obsequium impendistis, quando magistro ordinis illatas nobis a religiosis quibusdam injurias intimastis. re vera ego non credidi tot mala aliquibus irrogata, nisi essent martirio coronandi. unde vix poteram lacrimas continere et vos, que vestra[a] scripta vidistis per singula, si omnia pariter in manibus teneretis, vestri jam doloris immemores plagas nostras lacrimis affluentibus lavaretis. ben me, filie karissime, quomodo sedet sola civitas olim plena populo, quem dominus exercituum benedixit. vita vestra velud a texente preciditur, convolvitur et aufertur a vobis quasi pastoris tabernaculum, quicquid erat remedii gaudii solacii sancte spei. porro cum ita repente plura non potueritis invenire, non nocet iterum fragmenta colligere et micas tollere, que de mensis nostrorum corruunt dominorum, ut reliquie non jam cogitationum, sed locutionum et operum festum agant, quale tunc fuit, cum articuli legerentur, ubi effata aures surdarum aspidum aperuit et os suum iniquitas opilavit. ceterum quod de communione per fenestram positum est in littera magistri,[2] non vos molestet. nam licet de mandato ipsius cetera, prout vobis melius credidi expedire, ordinassem, tunc presens non aderam, quando illa additio scribebatur. sed placet mihi, quod in choro vestro communicetis a cappellanis vestris, qui juventur per conversos maturos, proviso quod ingrediantur et egrediantur sacris induti vestibus, quod decet sacerdotes; alioquin columbe gementes vestras revolabitis ad fenestras. reliqua, si qua desunt, per vices supplere potero, prout videbitur oportunum. rogo autem humiliter et obnixe, quatenus iguoscatis, si exasperatus aliquando asperius vobis scribo. nam cor meum erga vos in cubili suo plenum est, ut spero, sancta karitate, que utiliora probat vulnera diligentis fraudulentis osculis blandientis. absolutionem et dispensationem largissimam magistri per certum nuncium mittam vobis,

a) *Wohl verschrieben für* nostra.

[1] *Vergl. nr. 280.*
[2] *Vergl. nr. 279*

quod hac vice non poteram facere plurimis occupatus. duo claustra non scripserunt et hoc ideo fortassis, quia nostras litteras non viderunt. valete et cetera. datum Hagenowie et cetera.

B aus Berlin. Bibl. Ms. theol. lat. oct. nr. 109 fol. 169. Ueberschrift des Stückes von gleicher Hand: Littera provincialis eisdem de eodem cum temperamento prioris littere. *Gedruckt darnach bei Finke Dominikanerbriefe S. 140 nr. 121.*

281. *Der Ordensmeister der Dominikaner berichtet dem Bischof von Straßburg den Ausgang der Verhandlungen in Worms mit der Straßburger Bürgerschaft und bittet ihn, den Ordensbrüdern die Erbauung eines Hauses in der Straßburger Diöcese zu gestatten.* [*1289 nach April 16*] *Worms.*

Argentinensi episcopo.[a] noverit vestra excellentia gratiosa, quod revereudus pater Wormaciensis episcopus meam exhortatus est efficaciter parvitatem, quatenus venirem Wormaciam et cum civibus Argentinensibus tractarem amicabiliter de concordia et de pace[1]. qui venientes sicut a principio illicitos articulos petiverunt, sed ne obtinerent vel unum, ipsis more solito ore solido est responsum. unde superati rationibus in fine sic recesserunt a me tamquam deliberaturi, utrum relinquentes articulos correctionem fratrum, si in aliquo offendissent, mihi committerent; sed, ut dicitur, cum deliberare putarentur, congregaverunt homines, quos habere poterant, conquerentes, quod, licet vellent articulos dimittere et in aliis se fratrum beneplacitis conformare, tamen non possent invenire gratiam. et hiis dictis ad propria sunt reversi. interim processum est in figura judicii contra ipsos juxta formam prioris mandati et jam procedetur secundum formam secunde commissionis[2] videlicet, ut infra sex menses causa ad curiam revocetur. vos igitur, qui usque huc ad defensionem vestrorum humilium virtutis bracchium extendistis et nostris oportunitatibus sic affluenter sic indesinenter affuistis, ut totum vestrum sit, quod possumus et quod sumus, super nos solite concutite viscera pietatis pensantes, quantum religiosis mentibus ingerat oneris litigare et contendere, que divino cultui dedite tenerentur pacificis studiis inherere. est tamen melius cum apostolo nec ad horam cedere subjectioni[3] et omne malum pati quam malo consentire, ne intemperantes layci, qui clero juxta decretum oppido infesti sunt, possint, quod sibi personas ecclesiasticas subjecerint, gloriari. memini quem magnum patrem et amicum ordinis dubitasse, ne forte fratres deficerent et affecti tedio fierent segniores. sed noverit vestra preeminentia, ipsos spiritu sancto

a) *Folgte jetzt radirt wohl* magister ordinis.

---

[1] *In einem Briefe des Provinzials an den Bischof von Regensburg aus jener Zeit fol. 147 heißt es:* venira disposui Ratisponam, sicut aliquando vobiscum tractaveram, sed cum essem Nurenberch, revocabar versus Warmaciam ad tractandum cum civibus Argentinensibus de concordia et causa, que inter nos vertitur atque ipsos.

[2] *Gemeint ist das Schreiben des Pabstes an den Bischof von Worms 1289 April 16 im UB. II, 117 nr. 156.*

[3] *Ep. ad Galat. II, 5.*

inspirante tanto fixos pondere, quod, si quis in desertum exilii sui ad ipsos exierit, vento agitatas arundines non videbit. unum eis decst, quod tamen vestra magnificentia faciliter supplere poterit et implere, videlicet quod jacent in collegiis absque sollempnitate debita divinum officium musitantes vel ad ecclesias secularium discurrentes. propter quod benignitatem vestram rogo humiliter et attente, quatenus concedatis ipsis edificare in vestra dyocesi domum unam, sicut vestre placuerit voluntati, ubi deo serviant et vestris jussionibus pareant tanquam humiles filii tanto patri. valeat et cetera. datum Wormacie.

B aus Berlin. Bibl. Ms. theol. lat. oct. nr. 109 fol. 174c.
Gedruckt darnach bei Finke Dominikanerbriefe S. 147 nr. 131.

282. *Der Ordensmeister der Dominikaner beauftragt die Ordensbrüder in Schlettstadt und Hagenau, eine zeitweilige Niederlassung an letzterm oder einem andern Orte der Straßburger Diöcese zu gründen, und bedroht alle Anhänger der Straßburger Bürgerschaft mit Strafversetzung.* [*1289*].

Fratribus in Slezstat et in Hagenowia[a] de receptione domus in Hagenowia.[1] cum secundum prophetam habitare fratres in unum bonum sit pariter et jocundum, vestro, prout nunc se habet, credo statui oportunum, quod recipiatis communiter in Hagenowia vel alibi in Argentinensi dyocesi de dyocesani consilio domum unam. quapropter inter ea, quibus premissa domus indiget adjuvari, permitto, quod biblia glosata, que fratris Jo[hannis] de Alba[2] fuisse dicitur, additis pignoribus aliis obligetur et cicius usuris cessantibus redimatur, ne memoriale simul et memoria pii intereat largitoris. ceterum quia omnes casus, qui possunt accidere, vix valet humana industria previdere, discretioni vestre committo, quatenus ad prioris provincialis vestri consilium pro hiis, que vobis utilia et necessaria judicaveritis, recurratis, qui vobis vivendi formam et proficiendi viam, temporale commodum, spirituale suffragium juxta datam sibi gratiam demonstrabit, proviso quod prefatus locus in proporcionato fratrum numero teneatur et hospitibus sine causa rationabili discurrentibus cum equis et famulis non gravetur. simpliciter autem et expresse volo, quod fratres ibidem moraturi prosequantur causam desolati conventus Argentinensis et unanimiter ac magnifice tueantur, ut exinde laudem apud ordinem et meritum sibi comparent apud deum. nam de proditione vehementer suspectos et qui causam fratrum impediunt vel pro posse non adjuvant laborantes, sed magis civibus Argentinensibus impendunt consilium et favorem expressum, in quocunque conventu vel loco morentur, . .

a) *Folgte jetzt radirt wohl* magister ordinis.

---

1 *Unter den Vorständen der Dominikanerconvente, an die der Provinzial 1289 Februar schreibt, erscheinen auch* vicarii fratrum Argentinensium in Sletstat et Hagenowe *fol. 158, vergl. Finke a. a. O. S. 127.*

2 *Vergl. über Johannes de Alba einige Notizen bei Finke a. a. O. S. 141 Anmerkung.*

prior provincialis predictus[a] correptos et punitos ad extremos conventus sue provincie mittere teneatur. nichilominus ego ex officii mei debito non servantes fidem ordini sed excommunicatorum favore tamquam picem tangentes dampnabiliter inquinati, si apud me relatione veridica fuerint denotati, non solum in provincie sue ponentur marginibus, sed in provinciis aliis locabuntur. ad hec terminis prius habitis[b] contenti eritis, sicut cum in Argentina degebatis, quousque pace reddita ad locum pristinum redeatis et tunc domus, si qua pro redemptione temporis constructa fuerit, remaneat pro domicilio vel relinquatur seu etiam distrahatur ad arbitrium prioris provincialis sepius memorati. qui ad me referre debebit, quicquid actum fuerit de premissis.

B aus Berlin. Bibl. Ms. theol. lat. oct. nr. 109 fol. 169v.
Gedruckt darnach bei Finke Dominikanerbriefe S. 141 nr. 122.

283. *Beschluß des Straßburgers St. Peterscapitels über die Verwendung der Einkünfte des Gnadenjahrs zu Seelgeräthstiftungen. 1293 Februar 15.*

Nos decanus et capitulum ecclesie sancti Petri Argentinensis ad perpetuam rei subscripte memoriam. unanimi consensu et voluntate statuimus et ordinamus, ut cum redditibus præbende nunc vacantis ex morte pie memorie domini [Egelolfi][c 1] de Landsperg quondam ecclesie nostre prepositi primi anni, qui annus gratie vocatur, comparentur redditus ad anniversarium dicti domini prepositi perpetuo celebrandum. insuper statuimus, ut quicunque canonicorum ecclesie nostre predicte decesserit intestatus, quod cum redditibus anni sui gratie redditus comparentur ad anniversarium suum celebrandum, si in debitis licite et sine fraude non fuerit obligatus; alioquin non, sed[d] solvendo debita illa solvantur, in quantum se extendunt anni sui gratie facultates. in cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem sigilla nostra videlicet decani et capituli predictorum sunt appensa. actum in capitulo nostro anno domini 1293, 15 kalendas martii.

B aus Straßb. Bez.-A. G 4712 Statutenbuch von St. Peter fol. 32v.

284. C. j. c. A. Waltherus dictus de Mülheim civis Argentinensis, quondam procurator domini episcopi Argentinensis, tradidit seu restituit monasterio de Omnibus sanctis census 12 lb. cere, 2 nnc. den. Arg. et 30 pullorum solvendorum de officio forestarii in Korke, item census 1 nnc. den. Arg. et 2 caponum de uno agro et prato in banno Sande, pertinentium ad almeindam ipsius ville. actum a. d. 1293, 11 kalendas septembris. *1293 August 22.*

K aus Karlsruher Gen.-Land.-Arch. Copialbuch von Allerheiligen Nr. 1 S. 278. (Schulte.)

a) nam de — predictus *unten am Rande nachgetragen für folgenden Passus im Text, der unterstrichen getilgt ist:* nam desides et remissos vacillantes et dubios in partem utramlibet declinantes in quocunque conventu reperiuntur. b) *Folgt durchstrichen* cum. c) *B* G. d) *B* esl.

[1] *Hier muß ein Versehen des Abschreibers vorliegen, indem er die Sigle* G *statt der richtigen* E *setzte. Egelolf von Landsberg ist in den 60er Jahren wiederholt als Canonicus von St. Peter nachzuweisen und erscheint 1284 October 17 in einer Hofrotel des Stiftes Andlau als Probst von St. Peter. Vergl Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. XXXIV, 158.*

285. *Der Provinzialvikar der Dominikaner, Hermann, fordert die Bestrafung des Ordensbruders Erbo, der am Kriege gegen den König teilgenommen, einen Mann verwundet und Beichte gehört habe.* [*1294*].

Karissimis in Christo fratribus priori suppriori et Wern[ero] frater Her[mannus] vicarius[1] et infra. licet frater Erbo[2] sciens et prudens presenciam meam declinaverit, nolens tamen expertem ipsum fore gracie visitacionis, que custodit spiritum, tenore presencium vobis committo pariter et injungo, quatenus ipsum, cum ad domum redierit, diligencius adhibitis pro placito fratribus visitetis, inter alia memorie commendantes, quod, ut dicitur, hominem vulneravit, item quod confessiones audivit, cum non credatur ad hoc observatis constitucionum limitibus institutus, item quod in exercitu versabatur eques pilleatus, junctus regis adversariis, item quod se ingessit confessioni et consolacioni ac negociis eorum, quos idem rex ut hostes publicos condempnavit. in primo casu sibi penam injungite non tam percussoris quam vulneratoris; nec sibi suffragabitur, si dixerit se defendisse equum a latronibus. nam non fuerunt latrones, sed honesti villici nec probantur invasores sed equi sui, quem injuste perdiderant, petitores. nam et si equus fuisset ordinis, tamen vim vi cum moderamine inculpate tutele repellere debuisset. sed quantum legittimos terminos excesserit, probat lignum lanceatum et vulneris gravitas, quod inflixit. ceterum si dixerit se licenciatum ad predicandum et confessiones audiendum, probet dicendo, per quem ubi quando? ego autem memini, quod tempore precedenti propter sua demerita, ne ad ulteriores ordines procederet, interdixi. et quis eum restituit? si priorum aliquis hoc presumpsit, non potuit, quia, ut dicit constitucio, caveant diligentissime priores, ne committant alicui predicacionis aut confessionis officium nisi fratribus scientia et moribus approbatis. unde si quis hoc[a] licenciavit, fecit, quod non potuit, quod non licuit, quod non decuit et ideo vanum fuit. quodsi ipsi scientiam et mores approbatis, vos ipsi hujusmodi officio sollempniter deferatis, alioquin ipsis privatum eum immo tamquam non intrantem per hostium nichil eorum habere vel habuisse pronuncietis. ad hoc quia prohibitus per suppriorem loci in terminis Argentinensibus inventus est sine socio, sine cappa, in quodam turpissimo delubro, ne dicam reclusorio, et assumpsit per se suspectos et olim pene addictos, quos infamia comitatur, ipsum specialiter puniatis a porta et exitu restringentes. hec omni tergiversacione sublata tamquam zelo ordinis incitati exequamini fideliter et ferventer, ne per remissionem alicujus peccatis communicare putemur. nam non caret scrupulo societatis

a] *Folgt durchstrichen:* licenciavit presumpsit non potuit.

---

[1] *Vorher, etwa um 1250 hatte Hermann v. Minden an den Provinzial der Provence u. A. geschrieben:* pannum quoque tenuem de Argentina vobis misissem, si portitoris aut vectoris copiam habuissem. *fol. 187c. Vergl. Finke a. a. O. S. 158. In zwei Schreiben, das eine datirt von 1294 November 4 Hagenau, das andere von 1294 December 1 Colmar, wird Hermann ausdrücklich bezeichnet als* frater Her[mannus] de Minda ordinis predicatorum conventus Argentinensis vices gerens reversudi patris prioris provincialis super Renum. *fol. 193, vergl. Finke a. a. O. S. 163/64.*

[2] *Vergl. nr. 286 und außerdem über Erbos Persönlichkeit Finke a. a. O. S. 539.*

occulte, qui, cum possit, manifesto facinori desinit obviare. quod si nou omnes biis exequendis interesse poteritis, duo vestrum nichilomiuus exequantur. processum autem vestrum in scriptis cum sigillis vestris et conventus redactum ad me oportuuo tempore transmittatis. datum.

B aus Berlin. Bibl. Ms. theol. lat. oct nr. 109 fol. 189. Ueberschrift von gleicher Hand: frater restringitur pro excessibus.

Gedruckt darnach von Finke i. Ztschr. f. Gesch. d. Oberrheins N. F. V, 538 und Regest bei Finke Dominikanerbriefe S. 160 nr. 152.

286. *Der Provinzialvikar der Dominikaner ermahnt die Straßburger Ordensbrüder, die von ihm geforderte Bestrafung Erbos zu verschieben, ihn jedoch in guter Hut zu halten.* [*1294.*]

Karissimis in Christo priori et fratribus universis vicarius et infra. licet quasi incessabiliter delinquentibus pena continua debeatur, piis tameu supplicacionibus inclinatus hoc, quod circa fratrem E[rbonem] dixeram accusandum,[1] suspendo usque dum vobis prior scripsero iterato. medio tamen tempore sub cautela ipsum volo consistere diligenti, ne discurrat sicut hactenus in honoris sui dispendium et fratrum displicenciam plurimorum. volo autem, ut, si quoquam ire debuerit, associetur per vos prior vel per suppriorem aut per fratres Wern[erum] de Elrebach, Wer[nerum] de Slezstat seu Johannem de Offenburg. si tamen aliquis[a] vestrum copiam habere nequierit, qui pro tempore prefuerit, couvocatis simul cunctis sacerdotibus, provideat sibi de socio maturo sacerdote et cujus vita sic probata sit, quod ejus opinio non vacillet, prefixo sibi pro reditu termino satis brevi. ad hec universos vos et singulos teneri volo obediencie sub virtute similiter et ipsum fratrem E[rbonem]; qui si transgressus fuerit, vadat in curiam pro fratre ibidem moraturus et peuam gravioris culpe pro suo demerito soluturus. datum.

B aus Berliner Bibl. Ms. theol. lat. oct. nr. 109 fol. 189c. Ueberschrift von gleicher Hand: Temperatur pena prescripte littere.

Regest bei Finke Dominikanerbriefe S. 160 und Ztschr. f. Gesch. d. Oberrheins N. F. V, 539.

287. *Der Provinzial der Dominikaner berichtet dem Großpoenitentiar der Curie über die Zwistigkeiten der Dominikaner und Franziskaner am Oberrhein, besonders über die Klostergründung der ersteru in Schlettstadt.* [*nach 1294.*]

Venerabili domino ac amico et benefico spirituali sedis apostolice summo penitenciario et cetera cum debita reverencia affectus et obsequii promptitudinem purioris. innotuit mihi de remotis partibus venienti, quod fratres nostri cum fratribus minoribus provincie Alsacie haberent aliquid simultatis, quasi editicassent, ut dicam vulgariter, intra cannas, prestante ad hoc auctoritatem quondam, ut dici-

a) *B* alicus

[1] *Vergl. nr. 285.*

tur, meo vicario, quem reliqui. cujus facti cum quererem rationem, responsum accepi, quod fratres predicti ante contra privilegium venerant in civitate Argentinensi et oppido Friburgeusi. nam in civitate predicta enormiter excesserunt edificantes ecclesiam quasi ad parietes fratrum nostrorum eo tempore, cum essent absentes et de loco suo per vim importunorum civium elongati. cui proscriptioni prestiterunt causam fratres predicti, sicut orbi et urbi poterat notum esse. super quo sunt adhuc patentes littere ipsius cardinalis. ea tempestate venerabilis dominus Tusculanus apostolice sedis legatus voluit, ne fratres relegati atrociter viderentur, quod in vicinis locis se reciperent et edificarent, quod tamen in tempus et tempora distulerunt. postmodum oportunitate habita per beneplacitum regalis fastigii, ad vocationem populi, de consensu dyocesani in villam Slezstat, oppidum videlicet Argentinensis dyocesis, oculos direxerunt querentes, si quoquo modo posset sine offensa fratrum memoratorum requiescere pea eorum. circumspexerunt undique et non apparebat effugium, quin contingeret impingere, sic tamen, quod fraterna posset, que suffert omnia, karitas tolerare. emerunt igitur aream, immo insolutum partim acceperunt, modicum tamen circa reperta ibidem tuguria mutaverunt, quibusdam dicentibus, numquid isti soli homines habitabunt in medio terre? sic se ponunt in alicujus municipii climate, ut funiculo distribucionis eorum nemo audeat propinquare. dominus papa sic non consuevit sua indulgere beneficia, ut quorundam remissio fieret tribulacio ceterorum. porro cessantibus altercationibus et disceptationibus, que possent vergere in scandalum pusillorum, ego pro meis fratribus censui faciendum, ut ad benignitatis vestre sinum recurrerem et vestre serenitatis auspicium exspectarem. si enim valere nobis non potuerit in civitate regia regis positio, si populi vocantis requisitio, si super afflictis pro ere alieno concussio, si non debetur lesi privilegii compensatio, si caritas excidit, fides deficit, spes confundit, quo ibimus? ubi sistemus? quo declinabimus? hoc solum habemus residui, ut ad eum, cujus est terra et plenitudo ejus, oculos dirigamus. semper vigeat et floreat vestra magnificencia graciosa.

B aus Berlin. Bibl. Ms. theol. lat. oct. nr. 109 fol. 198.
Gedruckt darnach bei Finke Dominikanerbriefe S. 167 nr. 161.

288. Sigelinus dictus Vehe civis Argentinensis de consensu decani thesaurarii et capituli ecclesie Argentinensis in remedium ipsius et Anne uxoris sue prebendam sacerdotalem in dicta ecclesia ordinat, cui bona possessioues et redditus in bannis villarum Wilgotheim et Winzenheim sitos donat statuens, ut sacerdos prebende omni die in altari extante in ecclesia Argentinensi juxta viam wider die Steinhütte ex una, ex alia vero parte juxta altare sancti Florentii, consecrato in honore sancti Pauli apostoli, missam celebret, finita missa dicti altaris beati Florentii, et frequentius de sancto Paulo et semel in ebdomada pro defunctis. prebendam ad presens confert Ottoni sacerdoti nato Heinrici institoris de Argentina. «cum omnibus hominibus.» actum anno domini 1296, 4 idus marcii. *1296 März 12.*

M aus Melker Codex fol. 34 bis fol. 34° Z. 6. Eintrag von gleichzeitiger Hand.

289. Cum inter Rudolphum dominum de Usenberg e. u. et fratrem Rudolphum de Stoffen commendatorem s. domus hospitalis s. Johannis Hieros. in Friburg et conventum ejusdem domus e. p. a. questio verteretur super legitimatione, warandia et auctorizatione curtis dicte Wiustat, sicut coram domino decano s. Trinitatis Spirensis judice a sede apostolica delegato super hoc est actio instituta, partes compromittunt in magistrum Johannem Engelberti et magistrum Rinwinni cives Argentinenses tamquam in arbitros et pro medio eligunt dominum Petrum episcopum Basiliensem ita, ut causa usque ad festum assumptionis b. Marie virginis proxime venturum per ipsorum sententiam terminetur, dantes ipsi *Aug. 15* mag. Johanni et mag. Rinwino potestatem examinandi causam eandem et decidendi servato juris ordine vel non servato etc. sigilla Rudolfi et domus fratrum aunt appensa. datum et actum a. d. 1296 quinta feria ante festum b. Margarite in oppido dicto Kenzing. *1296 Juli 12 Kenzingen.*

K aus Karlsruher Gen. Land. Arch. i. Copialbuch 387 (Heitersheim) *fol. 132 Copie des 17. Jahrhunderts. (Schulte.)*

290. Hainrich von Mülnhaim, Bürger zu Strassburg, bescheinigt den Bürgern zu Costenze den Empfang von 300 Mark Silbers Costenzer Währung, die sie ihm von des Königs wegen schuldig waren. Zinstag nach der Lichtmess 1299. *1299 Februar 3.*

Aus Schriften d. Vereins für Geschichte des Bodensee's Heft 4 Anhang S. 11 nach dem im Constanzer St.-A. ruhenden Original mit wohlerhaltenem Siegel H. von Mülnheim. (Schulte.)

291. *Bischof Konrad von Straßburg gestattet den Dominikanern von Straßburg auf ihre Bitte, die ihnen gewährten Indulgenzen zu vereinigen, und bewilligt ihnen selbst einen Ablaß.* [*1273—1299.*]

C[onradus] dei gracia episcopus Argentinensis univerais presentem paginam inspecturis salutem in domino sempiternam. diffusa in cordibus fidelium caritate sancta et salubri cogitacione sepe disponitur, per quod a patre luminum justis omne datum optimum et peccatoribus remedium procuratur. quapropter dilecti in Christo prior et fratres ordinis predicatorum civitatis Argentinenais nobis exponere curaverunt, quod multas indulgencias a summis pontificibus et a sedis apostolice legatis necnon locorum ordinariis meruerunt, que si ad summam redacte simul certo tempore sub una celebritate divine pietatis habundancia multiplicatis intercessoribus proveniret. nos igitur ipsorum prioris et fratrum supplicacionibus inclinati presencium auctoritate concedimus, quatenus remissiones et indulgencias, quas pro consecracione omnium altarium suorum et eas, quas pro festis specialium sanctorum Bartholomei et ceterorum exceptis necnon eas, quas pro suis benefactoribus obtinebant, in secunda feria[a] tali annis singulis pronuncient, ut fideles, qui tunc ad ipsorum ec-

a) *Folgt durchstrichen* talis fest.

clesiam[a] cum debita devocione accesserint, novo letificandi beneficio indulgenciarum dona spiritualia, que per partes consueverunt percipere, simul tollant. nos insuper de omnipotentis dei misericordia confisi omnibus contritis et confessis, qui in die prelibato ad memoratam ecclesiam accesserint et dictorum fratrum necessitati compassi manum ipsis porrexerint adjutricem, annum et karrenam misericorditer indulgemus. datum loco et anno tali.

B aus Berl. Bibl. Ms. theol. lat. oct. nr. 109 fol. 139. Concept bezw. Formular.

292. *Der Provinzial der Dominikaner trägt dem Straßburger Prior auf, dem sehnlichsten Wunsche der Gisela von Landsberg gemäß ihren Neffen in das Kloster aufzunehmen.* [*um 1300*] *Straßburg.*

Prior provincialis . . priori Argentinensi. devotioni honorabilis domine Gysele de Landesberg aput domum nostram in Argentina residentis debemus inveniri tamquam gratie filii non ingrati. que jam usitatis meritis non contenta augere desiderat per germanum sibi sanguinem decus nostri ordinis et decorem. nam sororis sue filium bone, ut dicitur, indolis sincere cordis alacritate de parentum beneplacito exhibet in ordinis holocaustum. gemens suspirat et aspirans, donec festive leticie sibi dies oriatur, ut ille predicatorum ordini, in quo delata congnatione sua habet alium, aggregetur. ego igitur memorate domine zelum approbans et affectum libenter petita prosequor ad effectum discretioni vestre comittens pariter et injungens, quatenus dictum Jo[hannem] habitu ordinis induere et oportuno tempore ad profcssionem recipere debeatis, quando per se vel per alium duxerit requirendum. valete et cetera. datum Argentine.

B aus Berlin. Bibl. Ms. theol. lat. oct. nr. 109 fol. 199ᵛ. Das letzte Stück im Codex. Erwähnt bei Finke Dominikanerbriefe S 168.

293. Pabst Bonifaz VIII verleiht dem Heinrich von Freiburg (Uriburgo) ein Canonicat am St. Thomasstifte zu Strassburg. «apostolice sedis.» Conservatoren: der Scholasticus des Basler Domes und der päbstliche Capellan Heinricus de Labro, Canoniker von Pisa[1]. *1303 Januar 10 Rom.*

Aus Mitth. a. d. Vatic. Arch. I nr. 518. (Reg. A. VIII ep. 435).

294. Gebhardus de Friburg prepositus Argentinensis promittit per fidem corporali super hoc prestito juramento, quod de juribus ad mansurnas ecclesie Argenti-

a) *Folgt durchstrichen* confugeriat.

[1] *In einem Dispensationsbriefe Bonifaz VIII vom gleichen Tage für Hartung gen. den Mönch Canoniker von Basel werden als Conservatoren bestimmt der Dekan, der Thesaurar und der Scholasticus am Dome zu Straßburg, desgleichen in einem Pfründenbriefe vom 7. Januar für Johann, den Sohn des Edlen Konrad Mönch zu Basel unter den Conservatoren der Scholasticus am Thomasstifte zu Straßburg. Vergl. Mitth. a. d. Vatic. Arch. I nr. 519 u. 516.*

Digitized by Google

nensis spectantibus, de quibus inter quondam Jo[hannem] de Florkingen prepositum, antecessorem suum, et capitulum controversia olim fuerat, mansurnarios et capitulum nullatenus inquietabit, sed eosdem permittet uti juribus sibi competentibus, sicut ante tempus quondam Friderici de Liechtemberg prepositi in mansurnis extitit observatum. recognoscit sibi nomine prepositure nullum jus omnino competere in jure patronatus ecclesiarum in Wickerszheym, in Sesselszheym, in Hirtingheym necnon capelle in Wickerszheym, in officio sculteti ibidem, in officio sculteti in Berse, feodorum inde provenientium, que ad mansurnam domini Rudolphi de Dalmassingen pertinent ab antiquo, salvo tamen jure, quod sibi nomine sui archidiaconatus ad preposituram annexi competit. sigillum curie sue appensum est. datum 15 kalendas septembris anno domini millesimo trecentesimo sexto. *1306 August 18.*

